





1. Calovius, Abraham: De natura et indole pacis  
Religiosae Augustanae. 1655.
2. Coëlius de Pegliuore, Henricus: De emptione et  
venditione. 1655.
3. Lederer, Michael: Disputatio juridica in aequi-  
continuis-quaestiones quasdam juris civilis-  
canonici et Saxonici. controversas. 1655.
4. Sperling, Johannes: De pulmone. 1655.
5. Strauch, Aegidius: De computo Thalmodici.  
Rabbinico. 1655.
6. Strauch, Aegidius: De anno Graecorum Ecclesiastico.  
Ed. 2. 1655.
7. Strauch, Aegidius: De computo Veterum Romanorum.  
Ed. 2. 1655.
8. Inerus, Goufried: De maiestate ejusque juri-  
bus. 1655.
9. Inerus, Goufried: De mandato, obligationibus quari-  
ca contractu constituendis, omnibusque in genere  
dissolventis. 1655.

10. Suerus, Gottfried : De plagio Kurfurziaro .  
1655.
11. Suerus, Gottfried : De literarum obligationibus,  
emptione, locatione et societate . 1655
12. Suerus, Gottfried : De reliquis actionum et ju-  
dicialium privatorum jure . 1655
13. Suerus, Gottfried : Theses Seculares ad pacem  
Religiosam de anno 1555. disputationibus & B  
excursus . 1655 .
14. Suerus, Gottfried : De summarissimis processibus .  
1655 .
15. Suerus, Gottfried : De processus ordine in foro  
praesertim Saxonico observando . 1655 .
16. Ziegler, Karper : De Tigro juncto . 1655
17. Coschius de Peglinover, Henricus : De materia  
juris non scripti . 1657
18. Coschius de Peglinover, Henricus : De gerada .  
1656 .
19. Coschius de Peglinover, Henricus : De paeris Dia .  
1657 .

20. Coeclius, Henricus: Tractatus juridica. L. univ. C.  
 Ne quis in sua causa judicet, vel sibi jus dicat.  
 1656.
21. Suenus, Gottfried: De injuriis. 1656.
22. Suenus, Gottfried: De emptione venditione.  
 1656.
23. Nerger, Friedrich: De vicariis Romani. Germa-  
 nici imperii. 1657.
24. Suenus, Gottfried: De vicariis imperii 1657.
25. Suenus, Gottfried: Discursum hunc juridicum tex-  
 tus in Dig. de fructibus, leg. 1. pr. de oblatione  
 et actione. Resolutionum. 1657. publico examini submitto  
 1657.
26. Suenus, Gottfried: Constitutio Imperatoris Feide-  
 rici in Authent. habita Cod. de filiis pro Pa-  
 tre. Disputanda excussa ad. . . Gabrielen Vogt.  
 Lion. 1657. 1658 2. 3. Aufl.
27. Ziegler, Kaspar: De fidejussoribus. 1657.
28. Ziegler, Kaspar: De donationibus. 1657.

29. Horn, Joh. <sup>Friedr.</sup> Georg: ... Dominium Supereminens  
 disquisitioni publicae sistunt. . . . 1658.
30. Horn, Joh. Friedr.: De causa Majestatis.  
 1658.
31. Klingel, Christian: Antibodini juridici Prodr-  
 mus. 1658.
32. Klingel, Christian: Lapis juridicus sive de  
 jure ~~et~~ limitum dissertatio. 1658.
33. Lederer, Michael: De erictionibus. 1658.
34. Leizer, Wilhelm: De proprietate rerum.  
 1658.
35. Lysen, Christian: De jure legum. 1658.
36. Neger, Joachim: De plurium circa auctores  
 debitoris bona concurrentium creditorum  
 iuribus. 1658.
37. Inerus, Gottfried: De acquisitione feudi  
 per investituram. 1658.
38. Inerus, Gottfried: Dissertationem pro Defensione  
 Libertatis ac Religionis . . . publico examini ex-  
 posit. 1658.





39. Ziegler, Kasper: *De imperio mixto et juris -  
dictione* 1658.

40. Ziegler, Kasper: *De Tempore Legali* 1658.

*[Faint, illegible handwriting]*







1757.

DISPUTATIO JURIDICA  
DE  
**EMPTIONE**  
ET VENDITIONE

*Quam*  
Divini Numinis Auxilio nte Gratia  
*Indultu ac Consensu Magnifici, Nobilissimi atq; Amplis-*  
*simi ELECTORUM Collegij in illustri Wittebergenſium Academia*  
SUB PRÆSIDIO

MAGNIFICI RECTORIS

VIRI

*Nobilissimi, Amplissimi, Excellentissimi atq; Consultrissimi*  
**DN. HENRICI COSELII**  
De Pezlinovetz, J. U. D. ac Pand. P. P. longè fami-  
geratissimi, nec non Curie Electoralis, Scabinatus ac Facultatis  
Juridicæ ASSESSORIS gravissimi,

DN. Patroni, Præceptoris ac Promotoris sui  
devoto Observantiæ cultu ætatè colendisſimi

*In Auditorio Juridico*

*Publicè Eruditorum diſquiſitioni placida exponet*

**JOHANNES CUNRADUS PRÆSETER**

Onoldinus.

*Ad Diem 13. Octobris*

Anno Æræ Christianæ clō 13c LV.

*ELECTUS POMPONIUS in l. 20. ff. de fideic. libere.*

*inquit*

*Ego discendi cupiditate, quam solam vivendi rationem optimam in 78. annam  
ætatis duxi, memor sum Imp. Juliani ſententiæ, qui dixiſſe fertur. Eſt  
alterum pedem in tumulo haberem, non pigeret aliquid addiſcere.*

WITTEBERGÆ Typis JOHANNIS BÖHNERI Academ. Typogr.



EMPTOR

MAGNIFICI RECTORIS

DN. FERDINANDI COSSELLI

DE PESHINOVIC, J. D. ac P. P. longae fami-

JOHANNES CH. AD. D. D. D. D.

ANNO DOMINI MILLESIMO...

WITTEBROG Typis JOHANNIS BALTHERI...



**P**ræclarus Themidos, quòd sis, Doctissime  
Priester,  
Cultor, vel saltem hæc scripta docere queit.  
Namq; quid Em ptorem deceat, quid venditor  
usque

Oblervet, doctè jam Tua Musa probat.  
Gratulor & faveo tantis Conatibus, atque  
Oro, det Ingenio præmia digna DEUS!  
**Henricus Cofelius**

N. U. D. Pand. P. & p. t. Acad. Rector.

**O** rem præclaram, præclarum Nomine habere,  
Cui simul egregium Nominis omen adest!  
Et Te donatum, Lectissime Priester, eodem  
Hæc magni studij publica scripta docent.  
In quibus evolvis leges vendentis, ementis,  
Quæ probè contractum jura modumq; ferunt.  
Quæq; tenere studes, ut tandem Te, quoq; justa  
Facta, sacerdotem Justitiæ esse probent.  
Queis observatis, gratabitur optima quæq;  
Te redeunte domum, Patria Terra Tibi.  
Gratulor ipse, Tuis subscribat Jova petitis,  
Qui Te servavit, Te quoq; porrò juvet.

Hæc ex singulari Amore

*Domino Respondenti, suo per quam Candido, Hono-  
ratissimo, atq; Amicissimo Fautori atq; Com-  
mensali apponere voluit, debuit*

**M. Andreas Hornius Sittâ-Luf.**  
SS. Theol. Studiosus.

In

**I**ngenium, studiumq; Tuum, Doctissime Amice,  
Cum vidi, volvo talia mente meâ:  
Hic sit sectator Themidos praclarus oportet,  
Cum proprio ingenio scribere tanta queat.  
Eruditis hinc tantis studiorum, grator, Amice,  
Virtutiq; Tua Jova Brabea ferat.

Ita ὁλοκαρδίως Eruditissimo hujus  
Doctiss. Disputationis Dn. Auto-  
ri, Amico suo mellitissimo preca-  
tur.

**M. Georgius VVagnerus Radeb.**  
Misa. SS. Theol. Studiosus.







## IN NOMINE DOMINI NOSTRI JESU

CHRISTI feliciter progredimur ad omnia consilia,  
omnesq; actus nostros, juxta l. 2. pr. C. de off. Praef.  
Prat. Afr. Eo enim annuente universa à nobis benè ac  
competenter geri, pr. Nov. 6. Et cum vigilijs ac pru-  
dentia perfici possunt, proœm. §. 1. 2. in fin. Et §. 3. in  
pr. J. Sit itaq; mihi quoq; in Ejus Nomine hæc

### THESIS I.

Emptio (A) & Venditio (B) est Contractus (C)  
verus ac proprius (D) nominatus (E) Juris gen-  
tium, (F) bonæ fidei (G) solo consensu initus, (H)  
de realiqua emptori à venditore tradenda, (I) &  
pretio certo in pecunia consistente (K) venditori  
ab emptore solvendo (L) & dando. (M)

**D**uplicem in Jure et-  
iam nostro Civili definitionem,  
unam scilicet Nominis, alteram Rei, repe-  
riri liquet ex l. 1. pr. ff. de l. & I. §. 1. J. de tut.  
pr. J. de testam. ord. l. 2. §. 2. ff. de R. C. §. 1. & 2. J. de  
obl. quæ ex del. nasc. pr. J. de V. O. Haud itaq; malè me facturum  
existimo, si disputationem hanc quoq; ab explicatione Nomi-  
nū, cum sint rerum significandarum gratia inventa, §. 29. in fin.  
J. de legat. l. 10. C. de ingen. manum. exordiar. (A) Emptionis  
vocabulum deductum volunt à gr. Εμὸν, quia secundum l. 80. §.  
3. ff. de centr. empt. hoc præcipuè in emptione agitur, ut res alte-  
A rius

rius fiat mea. Unde factum emptoris, pretij scilicet solutio pro re sive merce, dicitur Emptio, & is, qui pro merce solvit pretium, vocatur propriè Emptor. (B) Vocabulum Venditionis derivant à verbo Vendo, vendo autem qs. venum do, literis u & m abjectis, ut vendere idem sit, quod venum dare, h.e. facere, ut à tradente res secedat, ac ad eum, cui traditur, perveniat. Hinc Venditor quoque dicitur, qui rem venditam tradit pro soluto pretio, & ejus factum pro pretio, h.e. traditio mercis, dicitur Venditio. Per Emptionis autem & Venditionis vocabula h.l. non denotatur imaginaria illa emptio & venditio, quam Veteres in emancipatione filiorum & illo Testamento genere, quod appellabatur per æs & libram, usurpare soliti sunt §. 6. §. 7. q. m. patr. p. f. §. 1. §. de ord. test. sed Contractus verus, utilis & ab alijs contractibus suâ naturâ atq; substantiâ distinctus, prout in ipsa θ. est descriptus: Cujus duæ sunt partes, quarum una dicitur Emptio, altera Venditio, l. 1. §. 1. l. 8. pr. l. 11. in fin. & l. 28. ff. de contr. empt. Parum tamen interesse arbitror, Contractus hicce sive scribatur & exprimat conjunctim, Emptio venditio, quatenus nim. negotij sive contractus unitatem, in quo consensus, merx & pretium conjunctim requiruntur, licet non factum aliquod saltem unicum designet, arg. l. 1. §. 3. ff. de pact. Venditoris n. est emptori rem tradere, & Emptoris, numerare pretium venditori pro re seu merce vendita: sive divisim, Emptio & Venditio, quatenus contractus duorum voluntatibus in analysi distinguendis constat, unde Venditori Actio Venditi, Emptori v. Actio Empti cōpetit, de quibus infra in θ. fin. Et hoc etiam propter autoritatem J. ff. & C. ubi etiam divisim ponitur, & propter necessariam rerum ipsarum & factorū conjunctionem. Sunt enim verba relata, quorum unum non potest esse sine altero, sed posito uno, necesse est ponatur & alterum: nunquam enim emptor sine venditore, nec venditor sine emptore datur. Sic etiam Veteres hisce vocabulis promiscuè usi sunt, ut patet ex l. 19. ff. de contr. empt. ita ut unum, sive Emptio, sive Venditio denotaret utrumq; venditionem scilicet & emptionem seu totalem actionem; & verbum Emere pro Vendere, Vendere pro Emere, l. 7. §. 4. ff. pro empt. l. 34. ff. de

de contr. empt. l. un. C. si serv. extranſe enim mand. Et ipſa quoq; Actionum Empti & Venditi nomina ſapè inter ſe confuderunt, l. 26. 66 §. 2. ff. de evict. l. un. C. d. t. l. 13. §. 25. in ſin. & l. 33. ff. de act. empt. l. 11. C. de pact. Originem autem huius Contractus, neceſſitate ita exigente, à Permutatione, quâ ſolâ olim, nummis noſtris nondum percuffis, utebantur, coepiſſe palam eſt ex pr. l. 1. ff. de contr. empt. & §. 2. verſ. nam uſu exigente. §. de empt. & vend. ideòq; plura de ea verba facere hîc deſiſto. Nec obſtat d. §. 2. §. ubi dicitur, quod permutatio ſit ſpecies Emptionis & Venditionis vetuſtiſſima, unde ſequeretur, quod hîc Contractus originem non traxerit à Permutatione, quia neceſſe eſt, ut genus, quod eſt emptio & venditio ſit ipſâ ſpecie nim: Permutatione, prius. Distinguunt n. inter Venditionem generalem & ſpecialem: Generalem vocant, ubi mutatio rei ſit cum re, de qua ſermo eſt in d. §. 2. eſtq; hæc antiquior ſpeciali: ſic enim Veteres Permutationem rerum appellârunt Venditionem, uti videre eſt ex Gen. 25. v. 31. 32. 33. ubi Eſau vendiſſe dicitur primogenituram ſuam pro pane & lentis edulio, qui tamen Contractus non fuit venditio ſpecialis, ſed Permutatio, quæ Emptio generalis dicitur. Specialem appellant mutationem pecuniæ cum re, & hæc à Permutatione originem duxit, ut dicitur in l. 1. ff. de contr. empt. (C) Probatuſ i. per verb. contrahitur & contracta in pr. & verb. ſtaret contractus in §. 1. §. de empt. & vend. l. 3. ff. de contr. empt. 2. quia ab ipſo etiam Imper. Juſtiniano expreſſè inter contractus refertur, in §. 2. §. de obl. §. 2. verſ. & ex hoc jure §. de l. N. G. C. l. 5. ff. de l. & l. 31. ff. de O. & A. 3 Emptio venditio in ſuper ſit conventionem, l. ſin. ff. de acceptil. l. 1. §. 3. 4. de pact. Contrahentes enim ibi ex diverſis animi motibus in unum conveniunt, nim: in eandem rem & idem pretium pro re, l. 55. 57. ff. de O. & A. Omnis autem conventio eſt vel nudum pactum, vel contractus vel qs. contractus per l. 1. §. 2. l. 5. 6. 7. ff. de pact. Sed emptio venditio non eſt nudum pactum, quia ex hoc nulla provenit obligatio & actio civilis, ſed tamen exceptio, per l. 27. C. loc. cond. l. 7. §. 2. 4. l. 45. ff. de pact. Nec qs. contractus, quia Imp: inter eos non retulit, §. ſin. §. de obl. & t. t. §. de obl. quæ ex qs. contract. naſc. neq; in ijs etiam ab utraq; parte conſenſus eſt neceſſari-

necessarius. E. erit contractus, quia ab utraq; parte requiritur consensus, & ex se & sua facultate, quod est proprium contractus, *l. 1. pr. ff. de O. & A.* efficacem producit obligationem & actionem *l. 7. § 1. 2. ff. de pact. l. 1. § 1. ff. de O. & A. § 1. ff. de Act. in pr. vers. unde in his ff. de aut. aut. l. 19. ff. de V. S.* Ritè enim contracta venditione & emptione venditor obligatur ad rem venditam tradendam, *l. 11. § 20. ff. de act. empt.* Emptor verò ad solvendum pretium *l. 13. § 2. ff. eod.* ut pluribus docebit *θ. fin. (D)* quia, ut dictum in lit. præced. inter veros ac proprios contractus ab ipso Imper. recensetur, & ab utraq; parte consensus est necessarius ac ex eo mutua quoq; obligatio provenit, *l. 19 §. contractum ff. de V. S.* (E) quia & jure, ex quo contractus nomen æstimatur, & naturâ suâ nomen habet proprium ac speciale, propriamque formam, ac sui nominis actionem producit *l. 1. § 4. l. 7. § 1. ff. de pact. l. 1. § 2. ff. de R. P. l. 3. 4. 7. ff. de contr. empt. l. 3. ff. de præscr. verb.* quibus à cæteris omnibus contractibus differt. Licet enim Permutatio & æstimatoria conventio quidem videantur appositum habere nomen, tamen non dicuntur nominati, sed innominati contractus, *§. 28. ff. de act.* quia nomen saltem est commune & ex usu hominum, non ex jure, nec certam habent formam *l. 1. pr. ff. de R. P.* nec nominis sui actionem pariunt. *l. 4. 6. 8. C. eod.* (F) quia 1. inter istos titulos, quibus rerum dominia jure gentium acquirimus, refertur, *§. 11. 42. ff. de R. D. 2.* à Permutatione, quæ est juris gentium, originem duxit *l. 1. ff. de contr. empt. 3.* Facti esse dicitur *l. 7. § 3. ff. de cur. fur.* Contractus autem, qui sunt facti, juris gentium sunt, *l. 41. ff. de pecul.* quoad scilicet originem & inventionem, licet quoad approbationem & informationem sint quoq; juris civilis. 4. Deportati hunc contractum celebrare possunt, *l. 15. ff. de interd. & releg.* Ea enim, quæ sunt juris gentium, ipsis interdicta non sunt, sed tantum quæ sunt juris civilis, *d. l. 15. & l. 17. § 1. ff. de pan. l. 1. C. de her. instit. 5.* Nihil à jure civili introductum desiderat, solennitatem scilicet verborum, veluti Verborum obligatio. 6. omnibus etiam hominibus est communis, & solo perficitur consensu, *l. 1. § 2. l. 9. in pr. ff. & l. 2. C. de contr. empt. l. 35. § 2. ff. de V. O.* Contractus autem, qui solo peraguntur consensu, omnibusq; sunt communes,

ac in quibus res traditione sit nostra, dicitur esse juris gentium,  
l.1. ff. loc. cond. §. 2. J. de I. N. G. C. l. 5. ff. de I. & I. l. 7. ff. de pact. l. 1. §.  
2. ff. de contr. empt. l. 9. §. 3. ff. de A. R. D. (G) In l. 48. in fin. ff. de act.  
empt. & alibi etiam dicitur contractus bonæ fidei, ac secundum  
Imp. actionem quoq; bonæ fidei parit §. 28. J. de act. talis autem  
cujusq; rei est effectus, qualis ejus est causa, per Bald. in l. 22 § 1.  
ad fin. ff. de cond. indeb. tum quia in hoc contractu non tantum  
id venit præstandum, quod à contrahentibus dictum est, sed et-  
iam quod naturalis æquitas & bona fides luadet, l. 1. §. 1. l. 11. pr. ff.  
de act. empt. l. 2. §. fin. ff. de O. & A. §. 28. J. de act. l. 7. §. 6. ff. de pact. r.  
J. de obl. quæ ex cons. ac moris & consuetudinis est, l. 31. §. fin. ff. de  
ædil. ed. Sic enim differt à contractibus stricti juris, in quibus id  
solùm venit in obligationem, quod expressum est, l. 99. ff. de V.  
O. l. 7. ff. de neg. gest. Dicitur autem non ideò contractus b. f. qs.  
nonnulli essent malæ fidei, aut in quo bona fides, quatenus ea  
dolo & fraudi contraria est, l. 3. in fin. ff. pro soc. l. pen. C. de pos. l. 5.  
C. de resc. vend. non requiratur, cùm tamen in omnibus genera-  
liter sit bona fides, l. 4. C. de O. & A. l. 5. §. 1. ff. mād. l. 31. ff. de pos. l. 13.  
ff. comm. præd. l. 11. §. 1. ff. de instit. act. ac nemo cum mala fide & in-  
juria alterius sibi aliquid acquirat, l. 2. ob. ff. & c. locuplet. 48. de R.  
I. in 6. l. 14. ff. de pos. l. 3. §. 4. l. 6. in pr. ff. de neg. gest. l. 38. ff. de her.  
pet. l. 26 ff. de dol. mal. in pr. l. 5 ff. de calumn. Sed propter actio-  
num ex hisce contractibus proficiscentium naturam diversam,  
& quia bona fides in his abundantior esse debet, quàm in cate-  
ris. In bonæ fidei n. judicijs libera permittitur Judici potestas  
æstimandi ex æquo & bono, quantum restitui actori oporteat,  
l. 1. §. 2. ff. de R. P. In stricti vero juris actionibus Judex adstrictus  
est ad formulam à Prætoze sibi præscriptam, ita ut in illis ex æ-  
quo & bono quicquã statuere vel æstimare non liceat, §. 30. J. de  
act. Bona autem fides tempore tam contractus, quàm tradi-  
tionis requiritur, pr. l. 2. ff. pro empt. l. 10. pr. l. 48. ff. de usu cap. l. 7. §.  
17. ff. de publ. in rem act. (H) r. t. J. de obl. quæ ex cons. §. fin. J. de  
obl. pr. J. de empr. & vend. l. 1. §. fin. l. 9. pr. ff. de cont. empt. l. 1. ff. de loc.  
cond. l. 1. §. 2. ff. de R. P. l. 55. & 2. pr. ff. de O. & A. l. fin. ff. de acceptilat.  
l. 2. C. de contr. empt. Non autem ita intelligendum est, qs. re-  
liqui contractus fierent sine consensu contra l. 1. §. 3. in verb. nisi

*habeat consensum ff. de pact. l. 55. ff. de O. & A.* Sed propter eminentiam: Non enim rarum est in jure, ut quod generis est, accommodetur per eminentiam speciei, quemadmodum hic quoque fieri solet, ideoq; dicitur solo consensu, quò hic & alij contractus consensuales à cœteris Realibus, Verbalibus, & Literalibus distinguantur *l. 1. in fin. l. 9. in pr. ff. de contr. empt. l. 2. pr. l. 48. ff. de O. & A. l. 2. C. de contr. empt. pr. §. de obl. qua ex cons.* Consensus enim in hisce ad producendam obligationem & actionem, quæ filia obligationis dicitur *in l. 42. §. 2. ff. de Procur.* non satis est efficax, nisi simul actuale aliquod adminiculum interueniat. Unde etiam, quia *secundum §. 3. §. 7. de donat.* nomina debent esse convenientia rebus, dicitur Contractus consensualis, quia in hoc contractu ex nudo consensu ac voluntate contrahentium, *l. 2. §. 1. l. 52. §. 4. 9. ff. de O. & A. l. 1. §. fin. ff. de contr. empt. l. 35. §. 2. ff. de V. O.* factio siue in eorum præsentia, verbis aut nutu solo, qui sufficit ad arguendum consensum vel dissensum, *l. 48. §. 2. in fin. ff. de O. & A.* siue in absentia per epistolam vel nuncium peculiariter ad hunc contractum celebrandum constitutum, *in fin. l. 1. ff. de contr. empt. l. 2. §. 2. ff. de O. & A.* quod in omnibus contractibus consensualibus est commune, ut non inter præsentis tantum, sed etiam absentes fieri possint, *l. 1. in pr. §. 1. ff. mand. l. 1. in fin. ff. de contr. empt. l. 2. ff. de O. & A.* oritur obligatio & actio *l. 1. §. 2. verb. peragitur consensu, l. 35. §. 5. ff. de contr. empt. l. 1. §. 2. ff. de R. P. pr. §. de empt. vend.* Quæ autem obligatio non statim rem venditam facit nostram, sed tantum contrahentes invicem obstringit, Venditorem quidem ad tradendam rem venditam, Emptorem verò ad solvendum pretium pro re empta, *l. 3. ff. de O. & A.* Omnis enim obligatio ipso jure necessitateq; adstringit, *pr. §. de obl. l. 13. ff. de O. & A.* ita ut nullus contrahentium altero invito, ab eo semel constituto resilire *pr. §. de empt. & vend. l. 5. C. de O. & A.* sed potius, si quis promissis stare nollet, auxilio Judicis ad solvendum vinculum, quo est obstrictus, cogi possit, si modò causæ adstringendi secundum jura factæ sint, absolutaq; præcesserit voluntas. Libera enim ab initio unicuiq; est potestas celebrandi contractum vel non *l. 5. C. de contr. empt. l. 1. pr. ff. de pact.* Nec enim ad hujus substantiam & perfectionem, quem-

quemadmodum ad eius consummationem seu implementum  
& executionem requiritur traditio rei venditæ & solutio pretij,  
aut ullum aliud, ultra consensum, reale adminiculum, *l. 2. §. 1. ff.  
de contr. empt.* ut in contractibus realibus, ubi res ipsa interve-  
niat necesse est; sive certa verborum solemnitas, ut in verborum  
obligationibus seu stipulationibus, ubi interrogatio præcedens  
& sequens responsio congrua requiritur, *l. 5. §. 1. ff. & pr. 7. de V.  
O. l. 1. C. de usur*: sive scriptura, ut in literarum obligationibus, ubi  
necessario requiritur scriptura *l. 1. ff. de liter. obl.* Sed suam naturam  
solus consensus sine traditione rei & solutione pretij parit obli-  
gationem, & ita sufficit partes contrahentes consensisse in rem  
& pretium, *l. 2. §. 1. ff. de O. & A. l. 2. §. 1. ff. de contr. empt.* Ideoque  
etiam in descriptione dicitur eum esse contractum de re traden-  
da & certo pretio solvendo. (1) Et quidem præcisè jure obliga-  
tionis & secundum hujus contractus naturam, *l. 1. pr. ff. & l. 7. C.  
de R. P. §. 2. ff. & l. 23. §. fin. C. de donat. pr. 7. de obl. l. 11. §. 2. l. 30. §. fin.  
ff. de act. empt. l. 8. ff. de evict. §. 1. in verb. & pretium per solvatur &  
res tradatur, 7. de empt. & vend. l. 78. §. 1. ff. de contr. empt. l. 6. C. de  
resc. vend.* Sine re enim intelligi nequit hic contractus, *l. 8. ff. de  
contr. empt.* Per vocabulum autem tradere h. l. possessionem,  
non dominium rei transferre intelligitur, *l. 28. ff. de V. O. l. 25. §. 1.  
ff. de contr. empt. l. 3. ff. de act. empt. in pr. l. 1. ff. de R. P.* hoc enim est  
in usu Juris dare, *§. 14. ff. de act. l. 75. §. 10 ff. de V. O.* Emptor au-  
tem non tenetur dominium rei venditæ transferre, *l. 25. §. 1. ff. de  
contr. empt.* Et sic differt à Permutatione, in qua permutans  
tenetur rem dare: dominium rei permutatæ transferre in ac-  
cipientem, eumque Dominum efficere, *l. 1. in pr. ff. de R. P.* At si  
venditor verus est Dominus, aut is, qui dominij transferendi jus  
habet, rem in commercio existentem ex causa justa & habili ad  
dominium transferendum in alium, qui accipere potest, trans-  
ferre cupit, ac proinde ei quoque tradit, ad emptorem etiam fa-  
cta traditione Dominium transit, *l. 11. §. 2. ff. de act. empt. pr. l. 20.  
ff. de A. R. D.* Si vero non est dominus, evictionis nomine tan-  
tum obligatur emptori *d. l. 11. §. 2. ff. eod. l. 35. §. fin. C. de donat. (K)* Si-  
ne eo enim consistere nequit, *in fin. pr. & §. 1. 2. ff. de empt. & vend.  
d. l. 1. §. 1. l. 2. §. 1. l. 7. ff. & l. 9. C. de contr. empt.* quia est de ejus sub-  
stantia

stantia & perfectione, quæ abesse non potest, l. 72. ff. de contr. empt. Consistere etiam debet in quantitate pecuniæ numeratæ tempore scilicet cõventionis l. 5. §. 1. ff. de præscr. verb. §. 2. ff. de empt. & vend. l. 9. C. de resc. vend. Non in alijs rebus, ne sapiat permutationem l. 1. pr. ff. de R. P. l. 1. §. 1. ff. de contr. empt. In solutione verò seu numeratione pretij benè res solvi potest pro pecunia, volente tamen Venditore l. 9. C. de resc. vend. l. 2. §. 1. ff. de R. C. Hanc enim ob causam nummi sunt reperti l. 1. ff. de contr. empt. & propter pecuniam invenientem seu commutationem rei & pretij à venditione & emptione potissimum distinguitur Permutatio, in qua utrinq; res versatur, & species speciebus commutatur, ita ut dici non possit, utra sit pretium vel merx, l. 1. pr. ff. de contr. empt. §. 2. ff. de empt. & vend. l. 1. pr. ff. de R. P. & l. 7. C. eod. Per pretium autem h. l. intelliguntur nummi hodierni publicâ formâ percussi l. 1. pr. ff. de contr. empt. Diciturque secundum Varronem, qs. peritium, quia à peritis & sapientibus tantùm justa & certa rei æstimatio statui potest. Hinc etiam Venditio dici nequit, si rem aliquam tibi venderem, ut aliam mihi reficeres, sed potiùs alius contractus innominatus, do ut facias, l. 6. ff. de præscr. verb. quia nullum intervenit pretium, licet loco pretij factum aliquod intervenisse videatur, hoc enim in contractu præcisè requiritur tempore conventionis pretium in pecunia numerata seu taxatio certi pretij, quæ venditionem efficit, etiamsi numeratum non sit: Numeratio enim tantum ad consummationem pertinet, non ad obligationem, l. 2. §. 1. ff. de contr. empt. (L) l. 11. §. 2. ff. de act. empt. Per vocabulum autem Solvere intelligitur non solum solutio nummorum, verùm etiam venditore consentiente (eo enim invito aliud pro alio solvi nequit, l. 2. §. 1. ff. de R. C.) omnis liberatio quoquo modo facta, l. 47. 176. ff. de V. S. l. 54. ff. de solut. & quælibet præstatio sive in dando, sive in faciendo consistens. Dicitur enim, Solvimur à nodo nos dando vel faciendo (M) Per vocabulum Dare h. l. intelligitur dominium nummorum inventorem transferre, l. 75. in fin. ff. de V. O. §. 14. ff. de act. Emptor n. tenetur nummos venditoris facere, aliàs venditor agere posset ex vendito, l. 1. pr. ff. de R. P. l. 11. §. 2. ff. de contr. empt. quia non videntur.



dentur data, quæ eo tempore, quo dantur, non sunt accipien-  
tis, l. 167. pr. de R. l. Nec venditor ullum quoq; haberet pretij  
usum, quia nummorum usus consistit tantum in abusu & con-  
sumptione.

THESIS II.

Emptio-venditio celebratur vel in Scriptis,  
(A) vel sine Scriptis, (B) vel Pure, (C) vel Condi-  
tionaliter (D) vel Per Aversionem, (E) vel Non A-  
versione, (F) vel in Genere (G) vel in Specie. (H)  
Huic Contractui apponi etiam solent pacta non-  
nulla, v.g. Addictio in diem, (I) Pactum de retro-  
vendendo, (K) Lex Commisoria. (L)

(A) In scriptis fieri dicitur, quando in contractus principio  
conventum est inter contrahentes, ut fiat scriptura, ac tam diu  
etiam, licet contractus quoad consensum in rem & pretium sit  
certus & perfectus, pro imperfecta habeatur emptio venditio,  
quam diu scriptura seu instrumentum non omnibus suis nume-  
ris fuerit absolutum, h. e. non modo in mundum redactum,  
perlectum & approbatum, verum etiam à contrahentibus sub-  
scriptum, in pr. vers. in ijs a. ff. de empt. & vend. l. 17. C. de fid. instr.  
l. fin. C. de contr. empt. subscriptio n. totum approbat scriptum l. 6. §.  
i. ff. de edend. adeo ut subscribens sit obligatus, etsi instrumen-  
tum non perlegerit, modo ei de contentis constiterit, alias se-  
cus, l. fin. C. plus valet quod agitur, quam quod simul concip. § 10. ff.  
& l. 29. §. 1. ff. mand. l. 5. in pr. vers. longè magis ff. de V. O. quam tamen  
ignorantiam allegatam probare tenetur, non enim sufficit dice-  
re, sed dicta etiam probare necesse est, nisi cum protestatione  
subscripserit, cuius virtute postea ad excipiendum locus dari so-  
let. Quousq; autem aliquid ex dictis in instrumento vel scri-  
ptura deficit, eousq; partibus etiam relinquitur locus peniten-  
tiæ, ut à contractu impunè possint recedere, nisi arrhæ nomine  
aliquid intervenerit, tunc enim emptor ejus amissione, venditor  
vero præstatione dupli demum resilire potest, in pr. vers. donec. ff.

B

de

*de empt. vend. l. 17. vers. illud etiam C. de fid. instr. l. fin. ff. de accepti-  
lat. l. 2. C. quando lic. ab empt. disc.* Non autem quis putet ob in-  
tervenientem scripturam hunc cōtractum non ex solo consen-  
su, verūm etiam ex literis oriri: scriptura enim non ex natura  
& substantia contractus seu juris necessitate ad ejus validitatem  
requiritur, *l. 4. C. de fid. instr.* sed ex accidente, partium scilicet  
conventionem in principio contractus facta, quæ hanc scripturæ  
necessitatem inducit, ut non intelligatur esse perfectus & com-  
pletus, nisi etiam scriptura fuerit perfecta & absoluta, *per pr.  
vers. non aliter perfectum. f. de empt. vend. l. 17. vers. non aliter  
vires. C. de fid. instr. (B)* Sine scriptura dicitur, quando partes con-  
trahentes sine ullâ scripturæ mentione simpliciter de re & pretio  
convenerunt, & statim etiam quoad obligationem perfecta cen-  
setur, licet nec mercis traditio, nec pretij solutio, nec quicquam  
arrhæ nomine adhuc intervenerit, *pr. f. de empt. vend. l. 2. §. 1. l.  
35. in pr. & §. 5 ff. de contr. empt.* ex consensu enim oritur obliga-  
tio, *l. 1 ff. de pact. l. 1 §. 1 ff. de O. & A. §. fin. f. de obl. l. 20. ff. de judic.*  
nec arrha etiam de substantia, ut vel perficiat obligationem, vel  
impleat contractum, *pr. f. de empt. vend. l. 2. C. de resc. vend.* sed  
tantummodò celebrati contractus indicium & argumentum est,  
ac evidentioris probationis gratia interponitur, *in pr. l. 35 ff.  
d. 1. pr. f. eod.* Dantur autem arrhæ nomine vel nūmi vel annulus,  
vel monile, vel aliud quid præter pecuniam, *l. 5. §. 1. 5. ff. de instit.  
act. l. 2. C. quando lic. ab empt. disc. l. 11. §. 6. ff. de act. empt.* aut se-  
cundum nostram consuetudinem Germanicam *Das Ley: oder  
Weinlauf trincken/* & quidem ab emptore tantum, *l. 6. in pr.  
l. fin. ff. de L. Commiss. l. 17. §. fin. C. de fid. instr.* & quod arrhæ nomine  
in pecunia datum est, cedit postea in pretiū, *l. fin. ff. de L. Commiss.*  
unde etiā à nonnullis dicitur prærogativa & representatio pre-  
tij suo tempore persolvendi. Quod verò non in pecunia da-  
tum est, soluto pretio reperitur, *l. 2. C. quando lic. ab empt. disc.*  
Nec autem sine scriptis celebrata dici desinit emptio venditio,  
si partes contrahentes, contractu jamjam quoad obligationem  
perfecto, scripturam demum conficiendam curant, contractus  
n. initium semper inspiciendum est; *l. 8. pr. ff. mand. in §. 30. fin. l. 1.  
ff. de pos. l. 12. ff. de SC. Mac.* nec conventio posterior statum & na-  
turam

turam prioris obligationis, quæ duas initiò reos fecit, mutare  
potest, l. 9. §. 1. ff. de duob. reis constit. aut ab ea etiam recedere  
partibus licet, etsi talis scriptura nondum fuerit absoluta, mayo-  
ris enim probationis loco tantùm interposita videtur, l. 4. ff. de  
pignor. l. 4. ff. de fid. instr. quia memoria nostra est labilis, l. 44. ff.  
de acq. poss. l. 2. §. 14. C. de V. I. E. & homines etiam ad dissentien-  
dum naturâ faciles l. 17. §. 6. ff. de rec. arbitr. l. 26. ff. de S. P. V. eo-  
rumq; voluntates usq; ad supremum vitæ spiritum mutabiles,  
ut, quod hodie verbis præsentibus promittunt, in crastinum il-  
lud tollere non erubescant, l. 32. §. 3. ff. de donat. int. vir. & ux l. 4.  
ff. de adim. & transf. leg. l. 4. ff. ad SC. Trebell. ita ut, si de mente  
contrahentium non amplius constat, scriptura eam explicet,  
mens enim & voluntas contrahentium videtur fuisse, sicut ver-  
ba sonant. l. 38. ff. de O. & A. l. 6. §. 3. ff. de off. procons. & legat. l. 7. §.  
2. ff. de suppell. leg. l. 19. in fin. ff. de us. & usufr. & red. per legat. dat.  
nec voluntas, quæ fortassis ex conjecturis tantum colligi potest  
scripturæ est præferenda, l. 3. ff. de R. C. sed instrumento publico  
tamdiu creditur, donec contrarium fuerit probatum, l. 18. C. de  
probat. l. 13. C. de non num. pec. l. 14. C. de contr. & comm. stip. §. 11. §. 7. de  
inut. stip. manifestum enim & evidens dicitur, quod per instru-  
mentum publicum apparet, c. cum dilecti de donat. Notarij  
itaq; qui publica instrumenta ex partium voluntate & rogatio-  
ne conscribunt, caveant, ne falsum quid scienter conscribant,  
ac postea in eam incidant poenam, quæ est in pr. tit. 55. vers. scriba  
verò F. 2. & sibi ædificent ad gehennam, quicquid enim contra  
conscientiam fit, id ædificat ad gehennam, c. literas §. & quicquid  
de ressit. spoliat. & c. omnes 28. quest. 1. Semel itaq; perfectâ em-  
ptio venditio tam in, quàm sine scriptis nullus contrahentium  
altero invito ab ea resilire potest, l. 6. in fin. C. pro soc. l. 35. C. & l. 1.  
vers. quia pro una. ff. de resc. vend. l. 5. C. de O. & A. l. 1. in fin. C. de pact.  
int. empt. & vend. Contractus enim ex conventionem legem acci-  
piunt, l. 1. §. 6. ff. de pos. l. 23. ff. de R. I. Ne quidem rescripto Prin-  
cipis, l. 3. C. de resc. vend. rescripta enim contra jus elicita ab o-  
mnibus Judicibus refutari possunt, l. 7. C. de prec. Imp. offer. aut  
jacturâ arrhæ, aut datione dupli pretij, l. 6. C. de resc. vend. Nec  
obstat l. 17. C. de fid. instr. quia lex hæc loquitur de contractu non-  
dum

Quam impleto, sed implendo, quemadmodum enim emptio perfecta absq; data arrha non annihilatur poenitentia unius contrahentis per dictas LL. ita multo minus annihilabitur, si arrharum datio intercesserit, quia eatenus intervenire solet, ut probatio magis augeatur & corroboretur, contractum fuisse celebratum, *in pr. 35 ff. de contr. empt.* Quae autem ad alicujus augmentum & corroborationem sunt introducta, in ejusdem infirmationem & diminutionem cadere non debent, *l. 19 ff. de legat. 1. l. 4. §. 4. ff. de re judic.* nulla etiam est inter rem pretiosam imprimis, quae vendita est, & ejusmodi annulum aut sumptus exiguos proportio. Nec si altera pars in implendo contractum moram fecerit, *l. 14. C. de resc. vend. l. 12. C. de R. V. l. 8. 9. C. de contr. empt.* Aut si inaequali injustoq; pretio res venierit, *l. 4. 15. C. de resc. vend.* quia se invicem quadantenus decipere licet, *l. 16. §. 4. ff. de minor. l. 22. ff. loc. cond.* nec propter minimam causam rem bona fide venditam inemptam fieri jura etiam permittunt, *l. 54. ff. de contr. empt. l. 8. C. de resc. vend.* graviter autem laesis ac deceptis succurritur, *l. 5. C. de dol. mal. l. 3. C. comm. prad. utr. judic. l. 36. ff. de V. O.* deest enim tunc consensus, quando immodica laesio ultra dimidium contingit. Si n. liceret poenitere, infiniti contractus rescinderentur, & fenestra defraudandi contrahentibus aperiretur: Judici itaq; interest, venditiones jure factas semper manere ratas, *l. 7. C. de resc. vend.* Quemadmodum etiam ab una parte non perficitur hicce contractus, ita nec rescindi debet, Contractus enim ab initio sunt voluntatis, ex post facto vero fiunt necessitatis *l. 5. C. de O. & A. l. 39. C. de transact. l. 36. in fin. ff. de judic. l. 17. §. 3. vers. voluntatis est ff. commod. l. 1. ff. de pact. l. 1. 2. 3. ff. de O. & A. §. 7. mand. in pr. l. 1. ff. de constit. pec. nec etiam quis consilium suum in alterius injuriam mutare debet, *l. 75. ff. de R. I. arg. l. 84. §. 9. in fin. ff. de legat. 1. c. quod semel 21. c. mutare consilium. 33. de R. I. in 6.* Sic nec venditio propter publicas pensitationes, tributa scilicet & vectigalia, facta ex Judicis autoritate bona fide, auctione publica, & omnibus ad licitationem admittis, retractari potest a priore Domino pretium etiam offerente, vel creditore jus pignoris praetendente, *t. r. C. si propter publ. pensitat. vend. Ratio in fin. l. 1. C. d. t.* Mutuo tamen partium dissensu  
& re*

& re adhuc integra, h. e. ijs, quæ ab utraq; parte sunt præstanda, nondum præstitis, à tota emptione recedi potest. *l. 6. in fin. ff. de contr. empt. §. fin. §. quib. mod. toll. obl. in pr. l. 58. ff. de pact. l. 2. 3. §. 1. ff. de resc. vend. l. 80. ff. de solution. l. 1. §. 6. ff. de act. empt.* quamvis fidejussor vel arrha intercesserit, *l. 3. ff. de resc. vend. l. 1. 2. C. quando lic. ab empt. reced.* Datio enim arrhæ non facit desinere rem esse integram, nisi pretij nomine fuerit data, *l. 2. C. eod.* Re autem non integra, h. e. ijs, quæ præstanda fuerunt, vel ab utraq; vel unâ saltem parte jamjam præstitis, dissolvitur contractus merce retrotradita, pretioq; restituto. *§. fin. §. quib. mod. toll. l. 2. C. de resc. vend. l. 58. ff. de pact. l. 153. ff. de R. I. l. 1. C. quando lic. ab empt. disc.* Nova autem emptio tunc dici non potest ut propterea in re feudali novatradenda esset gabella. (C) Hæc divisio generalis & communis est cum omnibus alijs contractibus, Locatione scilicet, *l. 20. ff. loc. cond.* Societate, *l. 6. C. pro soc. Mandato, §. penult. §. de mand.* Stipulatione, *§. 2. §. de V. O.* Omnes enim ferè contractus ejus sunt naturæ, ut quamprimùm existere vel suspendi possint, & ut pacta admittant. Eam etiam ob causam Juri monent, in contractibus id esse spectandum, quod fuerit actum, *l. 34. ff. de R. I. l. fin. ff. qui sine manu. miss. ad libert. perven. l. 41. ff. de V. O. l. 18. ff. de O. & A. l. 6. §. 1. ff. de contr. empt.* Quod n. initio h. e. in ipso contractu inter contrahentes convenit, id, modò sit honestum, dicitur contractui legè dare *l. 23. ff. de R. I. l. 1. §. 6. ff. de pos.* Si v. ex intervallo fiat pactum h. e. postquam contractus jamjam est perfectus, dum tale pactum hæc vires non habet. Pura autem an Conditionalis sit emptio, apparet ex eo, quando constat, quid actum fuerit inter contrahentes, *l. 2. ff. de indiem add.* dependet enim ex eorum arbitrio. Nec conditionalis posterior tollit priorem emptionem puram, *pr. l. 7. ff. de resc. vend.* Purè autem contracta emptio venditio dicitur, quãdo nulla temporis præfinitio aut conditio huic contractui adjicitur, *§. 4. §. de empt. vend.* v. g. hæc domus sit tibi vendita 100. aureis, vel hæc res sit tibi emptã 25. Imperialibus, sive Titius fiat Consul, sive non. Et sic contracta statim, postquam de re & pretio partes contrahentes convenerunt, censetur perfecta, *l. 8. §. 1. ff. de per. & comm. rei vend.* ita ut ex ipsa negotij tractatione quamprimùm constituatur emptor & vëditor,

ac illud, quod in contractum venit, peti & agi possit, quia & venit & cessit dies, l. 4. ff. de R. l. §. 2. J. & l. 41. §. 1. ff. de V. O. l. 213 pr. ff. de V. S. Nisi ex re debita seu vendita dilationem capiat obligatio §. fin. J. de inut. stip. pr. l. 73. ff. de V. O. aut locus solutioni adjectus spatium aliquod inducat & determinet, d. l. 41. §. 1. quod commodius & res tradi, & pretium solvi possit, l. 137. §. 2. ff. eod. l. 105. ff. de solution. (D) Conditionaliter celebrata dicitur, i. quādo contractui adjicitur conditio legibus approbata, l. 7. ff. de contr. empt. §. 4. J. de empt. & vend. v. g. si navis hodiē soluta ē Suecia incolumis redierit Hamburgum, empta tibi sit hæc res mea tot florenis. Conditiones enim, nisi sint tam per naturam, quam per leges posibles, §. 10. 23. J. de inut. stip. l. 26 35. §. 1. ff. de V. O. l. 31. & l. 185. ff. de R. l. prorsus pro non adjectis habentur, l. 135. ff. eod. l. 104. in fin. §. 1. ff. de legat. 1. l. 20. in fin. pr. ff. de condit. instit. l. 5. C. de LL. c. nemo potest. 6. c. non est obligatorium. 58. de R. l. in 6. imò contractus ipse, aliās utilis, per eas redditur nullus, §. 23. J. de inut. stip. arg. à contrario l. 31. ff. de V. O. l. 34. §. 2. ff. de contr. empt. ac contrahentes inter se tantum jocari nec velle obligari videntur, l. 37. ff. de O. & A. Quæ tamen conditiones, etiam utiles, initio contractus adjectæ aliâ pactione postea immutari possunt, ijs scilicet nondum impletis, quæ utrinq; præstari debuerunt, quemadmodum à tota etiā emptione abire licet, pr. J. de empt. & vend. l. 6. in fin. ff. de contr. empt. Ante conditionis a. existentiam neq; obligatio neq; actio nascitur, sed eā demum existente perficitur, & ad tempus contractus retrahitur venditio. l. 213 ff. de V. S. in pr. l. 7. ff. de contr. empt. in pr. l. 8. ff. de per. & comm. rei vend. licet enim actum quidem sit de obligando, tamen obligatio illa videtur suspensa, §. 4. J. de V. O. ita ut, si conditio adjecta non extiterit, contractus etiam non valeat, aut certè nunquam aliquis fuisse intelligatur, l. 37. in fin. ff. de contr. empt. l. 8. pr. ff. de per. & comm. rei vend. Spes vero illa, quæ conditionali venditioni inest, ad heredes, etiam si eorum mentio in contractus principio facta non fuerit, transmittitur, si fortè pendente conditione, contrahentibus mors obtigerit, l. 13. C. de contr. & comm. stip. §. 4. J. de V. O. l. 8. §. 4. ff. de pignor. act. ita ut conditione existente, heredes sibi invicem sint obligati ad servandum contractum, pr. l. 8.

*l. 8. ff. de per. & comm. rei vend.* Nec res pendente conditione à venditore tradita ab emptore usucapi, sed, si venditor fortè illius rei verus Dominus non fuerit, vindicari potest adhuc à vero Domino, *l. 2 §. 2. pr. ff. pro emptor. d. l. 8. pr. ff. eod.* & emptori quoq; partem pretij solutam repetere licet, si res ante conditionis existentiam perierit, fructus verò medij temporis remanent apud venditorem, *d. l. 8. in fin. pr. 2.* Quando contractus celebratur in diem incertum, v. g. fundus Cornelianus esto tibi venditus aureis 100. si Titius mortuus fuerit. Ante hujus enim diei incerti existentiam etiam agi non potest, quia die incerto pendente debitor quis dici non potest, *l. 10. ff. de V. O.* Ast si certus sit adjectus dies, contractus conditionali promissioni non comparatur, sed quam primùm quis obligatur, etiamsi dies ille nondum venerit, ita tamen, ut ante diem adjectum cum effectu id, quod ex contractu debetur, peti atq; exigi non possit, quia is, qui debet in certum diem, debitor est, *l. 10. ff. de V. S. 3.* Quando pretium vel totus contractus in arbitrium tertij est collatus, *§. 1. vers. sub hac conditione. §. de empt. vend.* Conditionalis autem non est, si displicuerit tibi res mea, inempta sit, sed resolvitur tantùm sub conditione, *l. 3. ff. de contr. empt. l. 2. §. 4. in fin. & §. 5. ff. pro empt.* (E) Aversione sive per aversionem, sive in aversione, gr. *a' Dgō-  
ws,* cumulatim vel coacervatim, germ: *über haupt/ ins gesambe  
in einer Summa/* dicitur facta venditio, quādo universæ res, quantæ & quotcunq; etiam fuerint, uno certo pretio venduntur, v. g. omne vinum, quod est in hac, vel illa cella, omnes oves, seu totus grex, aut tota auri massa, *l. 35. §. 5. nam si omne §. 6. ff. de contr. empt.* (F) Non aversione, germ: *uf den ausschlag  
lauffen/* dicitur fieri, quando res non uno pretio, sed singulatim, ut appareat, quantum ematur, *l. 34. §. 5. ff. de contr. empt. ven-* duntur ad certam mensuram, pondus vel numerum, v. g. singulæ vini amphoræ ex hac vel illa cella, vel libræ argenti, vel oves seu corpora ex hoc vel illo grege, pro certo pretio *l. 35. §. 5. in pr. ff. eod.* Talis venditio comparatur conditionali, *d. l. 35. §. 5. vers. quia venditio ff. d. t.* quemadmodum enim pendente conditione non datur regressus à contractu, *l. 8. ff. de per. & comm. rei  
vend.*

*vend.* ita etiam in hac venditione non datur locus poenitentiae, sed ante etiam mensurae, ponderis vel numeri praestationem, dicitur quoad obligationem perfecta. (G) Dicitur, quando in genere servus, domus, ager, vinea, equus, bos, ovis, poculum venditur pro certo pretio. (H) Dicitur, quando in specie hac domus, vinea, hoc horreum, poculum venditur. (I) Pacta haec, quae huic & alijs bonae fidei contractibus adjici solent per *l. 1. C. de pact. inter empt. & vend. l. 72. ff. de contr. empt.* non sunt plane ipsi contractus naturae & substantiae contraria, *l. 12. ff. de precar. v. g. ne dominium in emptorem transeat, l. 80. §. fin. ff. de contr. empt.* vel contra bonos mores aut juris regulas, qui enim contra jura contrahit, dicitur esse in mala fide, *l. 7. in fin. C. de agricol. cens. sit. & colon. v. g. ne dolus praestetur in bonae fidei iudicio, l. 23. ff. de R. I. l. 27. §. 3. ff. de pact. l. 1. §. 7. ff. de pos. in pr. l. 17. ff. commod. it. ut servus venditus pugnet cum bestiis, l. 42. ff. de contr. empt.* Talia nam pacta non observari, sed prorsus repelli debent, *l. 6. & 30. C. l. 27. §. 4. l. 28. pr. ff. de pact. l. 4. C. de inut. stip. l. 15. §. 1. ff. ad L. Falc. l. 5. C. de LL. ac pro infectis haberi, l. 14. §. 1. in fin. C. de SS. Eccl. c. 64. quae contra jus. de R. I. in 6.* In diem autem addictio est traditio quaedam rei qualificata, quae quidem obligationem non suspendit, sed traditionem & complementum tantum contractus, *§. 3. J. de V. O. v. g. si res vendita penes emptorem sub tali pacto collocatur, ut nisi intra certum & praefixum tempus, quo res abeat rursus à Domino, sive emptore l. 1. ff. de in diem addit. alius fortassis emptor existat, & meliorem offerat conditionem, res ei sit empti, l. 1. 2. in pr. l. 4. §. 5. ff. de in diem addit.* Quae venditio non conditionalis, sed pura videtur, & resolvitur tantummodo sub conditione, si melior fuerit allata, *l. 2. pr. ff. de in diem addit. & l. 2. §. 4. ff. pro empt.* Melior a. conditio oblata dicitur, si pretium auctum, aut ejus solutio maturior & facilior, vel locus commodior pretio solvendo dictus, aut aliud quid in venditoris utilitatem sit adjectum, *l. 4. §. 6. l. 5. ff. eod.* Hac itaque sine fraude *l. 4. §. 5. l. 6. in pr. ff. de in diem add.* allata, de qua prior emptor est certiorandus, ut id, quod ab alio fuit adjectum, adjicere possit, *l. 7. 8. ff. eod. in tantum à priore contractu receditur, & nova videtur contracta.*  
em-



emptio l. 4. §. 2. l. 6. §. 1. in fin. ff. d. t. l. 72. in fin. pr. ff. de contr. empt. l. 58 in fin. ff. de pact. ut etiam prior emptor conditionem meliorem ab alio allatam acceptare & augere veller, nihilominus venditori fructus interim perceptos refundere teneatur, & venditor quoque emptori sumptus medio tempore necessario erogatos l. 2. §. 1. l. 6. 16. ff. de in diem add. in pr. l. 21 l. 23. §. 1. 8. ff. de. adil. ed. Venditor semel admittens meliorem conditionem non amplius ad primam emptorem, qui contractum servare recusat, habet regressum, l. 14. §. 2. ff. de in diem add. Si autem nemo meliorem offert conditionem, aut falsus forsitan existit, tunc dominium & fructus medio tempore percepti manent penes emptorem, tanquam Dominum, l. 1. in fin. quores à Domino l. 2. §. 1. l. 4. §. 45. l. 6. pr. ff. eod. (K) Dicitur, quando res ita venditur, ut pretio quodcumque vel intra certum tempus oblato res restitui debeat, l. 23 C. de pact. inter empt. & vend. Competit tam ipsi venditori, quam ejus heredibus, contra emptorem ipsiusque heredes, etsi expressa eorum mentio non fuerit facta per l. 13. C. de contr. stipul. l. 9 ff. de probat. l. 2. C. de pact. inter empt. Nisi contrarium actum appareat vel ex ipsis Contractus verbis, vel ex conditione apposta. Imò extraneo etiam cedi potest, quia regulariter jura & actiones tam personales, quam reales conventionibus in alium trāsferri possunt per l. 22. C. mand. l. fin. C. de her. & act. vend. Uni autem ex pluribus coheredibus, invito emptore, non competit, si ab omnibus simul uno pretio tota fortassis fuerit vendita hereditas, arg. l. 1. §. 1. ff. si pars hered. per. Nec etiam uni ex duobus venditoribus, si ambo simul uno pretio prædium seu feudum pro indiviso vendiderint, & unus partem tantum, non totum fundum redimere voluerit, l. 78. §. 2. ff. de contr. empt. l. 19 ff. de pignor. Ratio in l. 5. C. comm. div. l. 77. §. 20. ff. de legat. 2. l. 26 ff. de S. V. P. l. 26. in fin. §. 4 ff. de condict. indeb. Secus autem si singuli suam partem peculiari pretio vendiderint, hoc enim casu tot essent venditiones, quot partes. Aut unus venditorum vel heredum totum pretium cum sufficienti cautione de retro vendendo socijs aut heredibus, quod est supra ejus partem, obtulerit per l. 78. §. 2 ff. de contrab. empt. l. 31. §. 8. ff. de adil. ed. Extra damnum enim & injuriam est emptor sive unus sive plures refuso pretio retrahant.

hant. Elapsotamen redimendi tempore venditor oblato pre-  
tio rem; invito emptore, amplius redimere nequit, *l. 135. §. 2. ff. de  
V. O. l. 23. in pr. ff. de recept. arbitr. l. 2. ff. de pact. inter empr. & vend.  
l. 21 ff. de vulg. & pupill. substit. l. 11. §. 1. ff. de legat. 2.* Nec venditor,  
si citra pacti observationem emptor rem rursus vendiderit, ab  
emptore secundorē vindicare potest, sed datur ei actio perso-  
nalis contra emptorem primum ad consequendum interesse,  
*l. 1. 12. ff. de act. empr. arg. l. 4. §. 3. ff. de L. Commiss.* Nec emptor,  
si simpliciter absq; ulla pretij mentione hoc pactum fuerit inter  
contrahentes conceptum, tenetur venditori pro eo pretio, quo  
iple accepit, rem revendere, sed pro illo, quo res temporere vē-  
ditionis vendi potest, *l. 2. C. de patrib. qui fil. distr. l. 3. §. 5. ff. de jur.  
fisc.* Sed fructus tamen tempore retrovenditionis adhuc pen-  
dentes inter partes dividuntur, percepti intra revenditionis tē-  
pus manent apud emptorem, *arg. l. 5. C. de act. empr. junct. a l. 2. §.  
C. de pact. inter empr. & vend. (L)* Venditoris tantum gratia  
solet apponi *l. 2. 3. ff. ad L. Commiss.* ne, cum plerumq; in solutio-  
ne pretij soleat vexari, opus sit, ut interpellet emptorem ad sol-  
vendū pretium; tale siquidem pactū interpellare debet pro ho-  
mine, *l. 12. C. de contr. vel comm. stip. l. 2. 4. §. 4. ff. de L. Commiss.* ita ut,  
nisi emptor pretium intra diem præscriptum solvat, res inem-  
pta existimetur, *l. 2. §. 4. in pr. ff. de L. Commiss. l. 2. §. 3. ff. pro  
emptor. & emptor teneatur non tantum rem emptam, sed etiam  
id, quāto minoris postea res fuerit vendita, restituere d. l. 4. §. 3.  
ff. eod. ac amittere, quod vel nomine arrhæ vel pretij jamjam  
persolvit, arg. l. 25. §. 1. ff. de petit. hered. l. 6. in pr. & l. fin. ff. ad L.  
commiss. idq; propter commissam moram pretij non persoluti  
& fructuum interea perceptorum lucrum l. 4. §. 1. 5. in pr. ff. d. r.  
Nisi aliud quid actum appareat, quod servandum per. l. 34. ff. de  
R. l. aut emptor justas docere possit causas, quibus in explican-  
da ad diem solutione fuerit impeditus, *l. fin. ff. de L. Commiss.* aut  
venditor ipse in rei venditæ traditione aut aliorum præstatio-  
ne moram commiserit, moram enim emptoris accusare nequit,  
quam ipse caulavit venditor, *l. fin. §. 1. ff. de resc. vend.*  
Cum autem Lege Commissoriâ celebratur venditio, ma-  
gis est, ut sub conditione resolvi, quam subconditione  
contra-*

contrahi videatur, *l. 1 ff. de L. Com.* unde etiam hæc conditio dicitur  
resolutiva, ac suspensiva est opposita: Sicut n. suspensiva hoc  
operatur, ut eâ existente contractus retrò purè celebratus fuisse  
credatur; ita ex adverso efficit conditio resolutiva, ut eâ existente  
retrò nihil actum fuisse videatur: Et adeò resolvitur hoc modo  
veditio, ut dominiû rei venditæ ipso jure redeat ad venditorem;  
Hinc etiam *l. fin. ff. de L. Commiss.* vindicari posse, scilicet rem,  
& apertius *l. 5 ff. eod.* dicitur emptorem fructus interim saltem  
percipere, commissâ verò morâ nihil penes eum re fidere oportere  
ex re, in qua fidem fefellisset. *Jt. l. 4. C. de pact. inter empt. & vend.*  
dicitur venditorem hoc casu rei vindicationem eligere posse.  
Cui non obstat *l. 3. C. d. t.* ubi venditorem non rei vindicationem,  
sed actionem ex vendito habere traditur, quia loquitur de emptore,  
qui pretij partem jam exsolvit, & certâ specie pacti, cui insistendum  
per *l. 34. ff. de R. I.* ita ut ultra ejus naturam non porrigatur.  
Videtur autem pactum esse tale, non ut res ipso jure sit inempta,  
sed ut retrovendatur. Lex dicitur hoc pactum, non quod sit species  
juris scripti, prout definitur in *S. 4. J. de I. N. G. & C.* privati enim  
talem inter se legem condere non possunt; sed h. l. Lex accipitur  
pro conventionem, *l. fin. ff. de L. Commiss. arg. l. 10. C. de pact.*  
prout etiam pacta Contractuum leges dicuntur, *l. 23 ff. de R. I. l. 1. §. 6 ff. de pos. l. 7 §. 5 ff. de pact.*  
Commissoria dicitur, quia nisi solutio ad diem præscriptum sequatur,  
lex hæc propter moram factam committit rem & emptio-  
nem arbitrio venditoris, an eam velit ratam vel irritam habere,  
unde etiam purè censetur celebrata venditio, quia elapso sine  
solutione die præfixo in potestate est venditoris, vel exercere  
legem hanc Commissoriam, vel eâ relicta pretium petere ex vedito  
actione, *l. 2. 3. 4. §. 2 ff. de L. Comm. teneri a. emptor actione ex vedito non posset,*  
nisi venditio purè constitisset. Unâ v. viâ electâ ad alterâ  
postea non datur amplius regressus, *l. 4. §. 2. in fin. & l. 7 ff. eod. l. 3. in fin. §. 1. ff. pro soc.*  
Electione enim unius jus alterius accrescit emptori, *l. 20 ff. de opt. legat. l. 75 ff. de R. I. arg. l. 84. §. 9. l. 5. in pr. ff. de legat. 1.* Renunciâsse autem huic legi,  
quod potest per *l. 29. C. de pact. l. 51. C. de Episc. & Cler.* firmamque  
habere velle emptionem venditor videtur, si post diem præfixum,

pretium aut usuras ab emptore vel accipiat, vel petat; hæc enim aliter, nisi ex causa emptionis, peti non possunt, *l. 6. §. 2. & l. 7 ff. de L. Commiss.*

THESIS III.

Ad substantiam hujus contractus hæc necessario requiruntur; (A) Consensus Partium contrahentium, (B) Res seu merx, quæ ex parte Venditoris traditur Emptori, (C) & Pretium, quod ex parte Emptoris Venditori solvitur pro re seu merce tradita (D).

(A) Dicuntur Substantialia, quia per ea Contractus hic est id, quod est, & adeo sunt necessaria, ut, si unum ex hisce mutaretur vel omitteretur, totus contractus corrueret, inq; aliam formam transformaretur, *l. 2 §. 9. 72 ff. de contr. empt. l. 9. §. 3. ff. ad exhib.* Substantia autem hujus contractus est duplex; Propria, quæ sunt res & pretium. Et Communis, quæ in omnibus contractibus requiritur, *l. 1. §. 3 ff. de pact. l. 3 ff. de O. & A.* estq; Consensus, qui tamen in hoc contractu tanquam forma, quæ solâ consistit, *l. 9 ff. de contr. empt.* in alijs tanquam causa efficiens consideratur *l. 1. §. 3. ff. de pact.* Accidentalibus hujus contractus sunt, quæ non tantum ad contractus substantiam non pertinent, sed omnino etiam extra ejus sunt naturam, & ita abesse & adesse possunt salvâ contractus substantiâ v. g. arrhæ datio, *l. 35. in pr. ff. de contr. empt. it.* Si inter emptorem & venditorem ita cõventum sit, ut res vendita maneat venditori locata, *l. 79. ff. eod.* (B) Consensus hic sit i. a parte tam Venditoris, quam Emptoris, circa eundem scilicet contractum præsentem Emptionis & Venditionis, eandem rem & idem pretium: Traditio enim rei & pretij numeratio ad hujus perfectionem haud est necessaria, sed tantummodo ad impletionem & consummationem, *l. 1. in fin. l. 9. in pr. ff. & l. 2. C. de contr. empt. i. r. J. de obl. quæ ex conf. quemadmodum dictum est in th. 1. lit. H.* Interdum quoq; requiritur aliorum consensus in rebus immobilibus & de earum jure habi-

habitis, ex jure *involuntatis*, quod etiam dicitur jus Congruum,  
Retractus, Præsentationis Germ. das Zugrecht/der Vorlauff  
Einstand/ die Ablösung oder Abtreibung/ *constit. Imp. Frid.*  
*I. de jure *involuntatis*. l. 14. C. de contr. empt.* Hoc autem jus non  
nisi diligenter observatis certis quibusdam requisitis, retrahenti  
permittitur. II. Sit Liber: Unde sequitur, quod nemo invitus  
regulariter ad venditionem rerum suarum compellatur, *l. 11. 13.*  
*14. C. de contr. empt. l. 15. C. de resc. vend. l. 16. C. de jure de lib.* Con-  
tractus enim sit ab initio voluntatis, *§. 11. J. mand. l. 17. §. 3. ff. com-  
mod. l. 5. C. de O. & A. l. 1. §. 3. ff. de pact. l. 11. ff. de R. I. l. 9. ff. de act. rer.  
amot.* Consentire autem non intelligitur, qui cogitur, *l. 1. ff.*  
*quod met. caus. gest. l. 4. 116. ff. de R. I. neq;* etiam deliberans præci-  
pitandus est, *l. 1. §. 12. in fin. ff. de succ. ead.* Hinc etiam Notarij  
in instrumentis hæc ponunt verba, mit Vorherwohlbe-  
dachten gemüth/ und guttem Wissen und Willen/ treulich/  
ohne arg list und gefährde. Nonnunquam tamen, quibus in  
casibus postea coacta voluntas etiam dicitur voluntas *per l. 21. §.*  
*5. ff. quod met. caus.* quis cogi pro justo pretio potest à Magistratu  
advendendum, i. objustam & necessariam causam tempore sum-  
mæ scilicet famis & caritatis annonæ, ut consulatur neces-  
sitati publicæ *l. 1. §. 11. ff. de off. Præf. urb. l. un. §. 14. in fin. C. de cad. toll.*  
In hoc enim casu omnia debent essent communia, & ma-  
ximè cibaria, *l. 2. §. 3. ff. ad L. Rh. de jact.* quia homines de-  
vento more accipenserum vivere non possunt, *l. 2. in fin. C. de a-  
lim. pup. præst.* Si nim: Venditor habuerit abundantiam re-  
rum victualium: Non autem si tantum pro sua familia susten-  
tanda sint sufficientes, *l. 6. C. de servit. §. aq. 2.* Ratione utilitatis  
publicæ etiam subditi bona sua vendere tenentur, *l. 2. C. pro quib.  
caus. serv. pro præm. libert. accip.* Utilitatis enim publicæ cau-  
sâ à juris communis regulis recedere licet, ac multa eo in casu  
permittuntur, quæ aliàs permilla non sunt, *l. 51. vers. multa autem  
jure civiliff. ad L. Aq. l. 3. ff. de off. Prætor. 3.* Venditor etiam rem  
suam semel exponens venalé, cogi potest eam vendere pro justo  
& à Judice taxato pretio, *l. 12. in pr. ff. de relig. l. fin. C. de præf. qui  
fil. distr. si subest necessitas, aliàs secus, ac res etiam est victualis,*

& ad hominum usum communem necessaria, non verò alia  
pretiosa, per l. 11. C. de contr. emp. 4. Ratione sc̄vitia potest Do-  
minus cogi ad vendendum servum suum §. 2. 7. & l. 2. ff. de his,  
qui sui vel alien. jur. 5. Quando quis emit fundi partem pro in-  
diviso, tunc compelli potest ad alteram partem etiam emendam,  
& vice versa, l. 13. §. 17. ff. de act. empt. l. 7. §. fin. ff. comm. div. l. 78. §.  
4. ff. de jur. dot. 6. Testamento quoq; heres vel legatarius ad ven-  
dendam rem vel emendam alienam à testatore sciente damnari  
& cogi potest §. 4. 5. 6. 7. de legat. l. 49. §. 8. l. 66. ff. de legat. 1. §. 1. ff. de  
sing. reb. per fidei cret. idq; favore ultimæ voluntatis, quæ tanquã  
lex & regina attendi debet c. 2. Nov. 22. l. 19. in pr. ff. de condit. & de-  
monst. l. 5. ff. quemadmodum testam. oper. l. 1. C. de SS. Eccl. III. Con-  
sensus sit etiam perspicuus & certus, qui nihil habet erroris ad-  
mixtum, perfectus & ab omni defectu solutus. Ambigua enim  
& obscura interpretantur aliàs contra proferentem, l. 39. ff. de  
pact. l. 21. 33. ff. de cõtr. empt. l. 172. ff. de R. I. Et contractus quoq; vel  
rotus, vel saltem pretiũ in arbitrium emptoris, aut tertij, alicujus  
qui nec vult nec potest ferre arbitrium, collatus, reddit vendi-  
tionem nullam, l. 35. §. 1. ff. de contr. empt. §. 1. 7. de empt. & vend.  
Dissensus quoq; sive error facti, qui excusat, non juris, l. 2. 7. 10.  
C. & l. 2. 4. 8. ff. de I. & F. I. si intervenit, contractus ipso jure  
fit nullus, l. 57. ff. de O. & A. Non enim videntur consentire er-  
rantes, l. 2. in pr. ff. de judic. l. 8. 9. C. de I. & F. I. l. 5. ff. de juris d. l. 23. C.  
de loc. cond. nec dominium rei suæ venditæ in emptorem trans-  
ferre, l. 20. C. de loc. cond. l. 76. ff. de R. I. Distinguendum tamen  
est inter errorem; fit enim vel tantum in nomine, & tunc si de  
corpore constat, valida est emptio, l. 9. §. 1. ff. de contr. empt. l. 1. §.  
2. ff. de pignor. act. l. 22. 32. ff. de V. O. l. 4. ff. de legat. 1. l. 4. C. de testam.  
§. 29. 7. de legat. & id semper videtur venditum, quod venditor  
intellexit, l. 34. in pr. ff. de contr. empt. Vel in corpore seu re ipsa  
principali, tuncq; nulla est emptio, ratio in pr. l. 8. ff. de contr.  
empt. v. g. si ego putem me tibi vendere hunc equum., tu vero  
putares te emere illum, l. 4. ff. de legat. 1. l. 9. in pr. ff. de contr. empt.  
l. 83. §. 1. l. 137. §. 1. ff. de V. O. §. 22. 7. de inut. stip. & quod hoc in casu  
datum est, id condici potest, per l. 41. §. 1. in fin. ff. de contr. empt.  
Vel in materia seu substantia rei, cum scilicet aliud pro alio  
vendi-

venditur, & hic subdistinguitur, vel enim materia est totalis &  
planè alia, quàm quæ forte fuit exhibita, v. g. plumbum pro  
stanno, stannum pro argento, vel aliquid argento coopertum,  
pro solido argento, æs pro solido auro, tunc nullus est contra-  
ctus, utrinq; enim proportio servanda venit in emptione, *l. 9. in  
fin. l. 41. ff. de contr. empt.* Nisi intersit emptoris, servari emptio-  
nem, *l. 45. in fin. ff. de contr. empt. l. 22 ff. de V. O.* Vel est par-  
tialis, v. g. aurum corruptū pro puro, *l. 14. ff. de contr. empt.* ita  
tamen, ut Judex, cujus est providere, ne quis damnum aut lu-  
crum iniquum sentiat, *in pr. l. 6. ff. de off. Præs. minuat pretium  
per. l. 17. ff. de contr. empt.* & venditorem cogat ad id solvendum,  
quanti inter erit emptoris, deceptum non esse, *l. 21. §. 2. ff. de act.  
empt.* Vel in nuda aliqua qualitate, & valet, *l. 10. §. 1. ff. de contr.  
empt. arg. l. 65 §. 2. ff. de condict. ind.* Vel in sexu, & vitiatur, *l. 11.  
in fin. ff. d. t.* Vel in pretio & redditur invalida, *l. 9. in pr. ff. de  
contr. empt. Ratio in l. 2. §. 1. ff. eod.* Vel in ipso contractu, v. g.  
si quis rem ut emptam accipiat, alter tradat animo mutuandi vel  
commodandi, non vendendi, contractus utiq; invalidus est, *in  
pr. l. 9. ff. d. t. arg. l. 18. ff. de R. C. l. 15. ff. de jurisd.* Contractus n. est  
species conventionis *l. 7. ff. de pact.* conventio autem est duorum  
pluriumve in idem placitum consensus, *l. 1. §. 2. ff. eod.* Consen-  
sui quoq; obstat & venditionem reddit invalidam, nisi in ven-  
ditoris utilitatem & liberationem tendat, *l. 12. §. 2. ff. quod met.  
caus.* In carceratio, *l. 22. 23. §. 1. ff. eod.* quia ubi non est libertas  
corporis, ibi nec mentis adesse præsumitur. It. Vis ac metus, *l.  
116. pr. ff. de R. I. l. 1. pr. l. 4. 5. 21. §. 1. ff. §. l. fin. C. de his quæ vi met.  
caus. l. 5. C. de inut. stip. l. 9. C. de contr. stip. l. 1. C. de resc. vend.* Alle-  
gans autem probare tenetur, *l. 8. C. eod. l. 13. C. de transact.* &  
quidem justum, qui solus excusat, *c. fin. X. de appell.* non quod  
justè inferatur, quia de tali metu justè illato conqueri quis non  
potest *arg. l. 21. ff. quod met. caus.* sed quod sit probabilis & non  
vanus, quippe cum vani timoris nulla sit excusatio, *l. 184. ff. de  
R. I.* Ideoq; vel relinquitur arbitrio judicis, qui metus sit justus  
dicendus, *per l. 3. ff. quib. ex caus. maj. in int. rest.* vel requiritur  
metus mortis vel corporis, *l. 3. §. fin. ff. quod met. caus. l. 8. C. de  
resc. vend.* vel famæ, quippe quæ vitæ æquiparatur, *l. 8. §. 2. ff. eod.  
l. 9. ff.*

*l. 9. ff. de man. vind. & omni cōmodo pecuniario præferenda est, l. 26. ff. si quis omis. caus. testam. ab int. vel bonorum aut rerum, quippe quæ vita & secundus sanguis hominis dicuntur, secundū gloss. l. 14. C. de advoc. div. judic. & paria sunt bonis aut vitæ insidiari, Auth. quod mater. C. de rev. dan. Talis n. cadit in virū cōstātem, l. 6. ff. quod met. caus. c. 15. 28. X. de sponsal. præsertim præses, non suspicio inferēdi, l. 9. pr. ff. eod. Nihil etiā magis contrarium est consensui ac bonæ fidei, quàm dolus, l. 23. ff. de R. I. l. 5. C. de resc. vend. Non autem bonus dolus, qui secundum l. 1. § 3. ff. de dol. mal. est humana prudentia vel solertia, & tam à natura, quàm à jure permittitur. In rebus bellicis à bellorum ducibus dicitur Stratagema, unde etiam ea, quæ cum dolo opportunè fiunt, majoris æstimant momenti, quàm quæ manifestè & cum violentia perficiuntur. v. g. cum quis contra hostem latronemq; aliquid machinetur, d. l. § in fin. § l. 26. ff. de capt. § postlim. revers. aut in contractu, si quis contrahentium alterum non in re, ut vitiosam dare liceat pro bona, morbosam pro sana, sed in pretio circumveniat & decipiat, ut si rem distracturus carius distrahendi, & comparaturus vilis comparandi votum gerat, l. 8. C. de resc. vend. l. 16. § 4. ff. de minor. l. 22. ff. loc. cond. Ideoque cautè & circumspectè negotiandum & mercandum est, l. 2. C. de furt. § serv. corr. quia quilibet lucri causa cōtrahit, l. 25. § 1. ff. de O. & A. modò non sit ultra dimidium justī pretij & infinite l. 2. 8. C. de resc. vend. Sed Malus, qui secundum l. 1. § 2. ff. de dol. mal. est fraudulenta machinatio alterius decipiendi causa adhibita, seu omnis calliditas, fallacia, machinatio ad circumveniendum, fallendum, decipiendumq; alterum adhibita, v. g. si quis rem decipiendi gratia laudavit, ut majori pretio emeretur, talisque in omnibus, & maxime in bonæ fidei contractibus est illicitus, ac contractum ipso jure reddit irritum, l. 23. ff. de R. I. l. 5. § 2. ff. commod. l. 7. in pr. ff. de dol. mal. l. 3. § 3. ff. pro soc. Si ei causam seu principium & originem dederit, veluti si quis neq; propositum neque animum habens alienandi vel contrahendi, ab aliquo inducatur doloso consilio & persuadeatur, ut eo modo, quo velit persuasor, negotium gerat, l. 16. § 1. ff. de minor. l. 7. pr. ff. de dol. mal. l. 3. in fin. ff. pro soc. l. 1. § 8. C. de resc. vend. nemini enim dolus*

cong



contra æquitatem naturalem proficit, *l. 1. pr. ff. de dol. mal. l. 1. §. 1. ff. de dol. mal. & met. except.* Allegans autem hunc etiam probare, licet non directè, cùm in animo subsistat, tamen indirectè, tenetur ex manifestis & perspicuis conjecturis ac indicijs, *l. 18. §. 1. ff. de probat. l. 6. C. de dol. mal. l. 2. §. 1. ff. de dol. mal. & met. except.* enormi præsertim læsione, *l. 5. §. fin. C. de dol. mal. l. 17. §. 1. ff. que in fr. cred.* Dolus autem malus coincidens, cum scilicet quis non dolo inducitur ad contrahendum, sed suâ sponte contrahens decipitur, ut si id, quod aurum putabat, cùm esset æs, emerit ab aliquo, vel si liberæ esse ædes, quæ debent tamen servitutum, non facit contractum nullum, quoniam in corpore, licet non in materia, consensus fuit, *§. 1. 7. de except. l. 22 ff. de V. O. l. 5. C. de in ut stip.* Decipiens tamen tenetur ad interesse decepto, *l. 13 §. 4. ff. de act. empt. l. 43. in pr. §. 2. ff. de contr. empt. l. 22. ff. de V. O.* Nec non extrema ebrietas consensui contraria est ob consequentem defectum, quia mentis inducit exitium, *c. à empulata 14. de vit. & honest. Cleric. dist. 35. c. 6.* Ubi autem deficit mens, ibi nullum etiam vitæ gerendæ consilium, nullus consensus, qui tamen maximè in hoc contractu requiritur, adesse, & per consequens nulla obligatio & actio oriri potest, *l. 1. ff. de pact. l. 209 ff. de V. S.* Unde homo in summo ebrietatis gradu constitutus comparatur ijs, qui omnes contractum celebrare nequeunt, veluti infanti, mente capto, furioso, dormienti, *dist. 35. c. venter. §. c. 15. o. 7. q. 1.* Deniq; iracundia quoque consensum impedit, quia iracundus, quamdiu in calore iracundiæ consistit, nihil distat ab infano, est extra seipsum, & vacuus omni consilio. Ubi enim ira animum invasit, illicò rationis lumen extinguitur, & ut fumus hebetat oculos, ne videri queant ea, quæ ante pedes sunt: sic obortâ irâ rationi caligo obducitur, ut seipsum quis agnoscere nequeat. Basilius iracundos comparat ebrijs, quia amisso rationis usu inepti sunt audiendis admonitionibus, propterea etiam nihil rectè, nihilque consideratè, cùm iracundia sit hostis consilio, furorq; brevis, mentèq; præcipitet, agere possunt, sed omnia tâquam ab infano profecta æstimantur. Unde etiam iracundus non obligari potest, nisi perseveraverit in eo, quod per iracundiâ gessit, *l. 48. ff.*

*D. de ebrijs & iracundis de*

*ff. de R. l. l. 3. ff. de divort. aut Ecclesia bona sua vendiderit, caus. 7. c. 3 sunt qui opes. q. 4.* Cum itaq; Consensus, ut dictum, necessario requiratur ad hunc contractum, *per l. 55. in fin. ff. de O. & A.* sequitur, ut secundum *l. 12 ff. de contr. empt.* de Personarum potestate & habilitate plenius inquiratur, quæ consentire, adeoq; hunc contractum celebrare possint vel non: earum n. gratia omne jus constitutum est, *l. 2 ff. de stat. hom.* Primò quidem omnes in genere, qui legitimam suorum bonorum administrationem habent, & quâlibet ratione aliquid de suis rebus, vel natura, vel jure seu lege, vel alio modo non impediuntur alienare & vendere, tam venditor, quam emptor *§. 41. J. de R. D. l. 21. C. mand. arg. l. 5. C. de O. & A. t. 3. in pr. fin. F. 2.* Iniquum enim aliàs esset, ingenuis hominibus liberam de suis rebus disponendi facultatem non relinquere, *l. 2 ff. si à parent. quis manum. l. 58 ff. de Procurat. l. 17. §. 2. ff. de jurejur.* Tam presentes quam absentes, contrahentium enim præsentia, ut dictum in *lit. G. th. i.* non requiritur ad hujus contractus perfectionem, quia consensus fieri potest per nuncium in specie tamen ad hunc contractum celebrandum a legatum, *l. 9. C. si quis alteri vel sibi sub alter. nom.* Nemo enim sine mandato alteri quid emere potest, *l. 73. §. fin. ff. de R. l.* Uude non valet, si dicerem, ego huic vel illi venderem huncce meum equum pro 60. vel 70. Imperial. & alius quispiã audiens afferret ei mentem meam, isq; etiam consentiret. Vel per Epistolam, *l. fin. C. si quis alt. vel sibi sub alt. nom. l. 2. §. 2. ff. de O. & A. l. 1. §. fin. ff. de contr. empt. t. t. de obl. ex cons. l. 2. pr. ff. de pact. Coeci,* quia ipsis ratione intellectus, loquelæ & auditionis nihil deficit, quò minus momenta rerum non satis feliciter assequi, & ita consensum suum in re aliqua declarare possint. *Claudi, Muti,* qui nihil eloqui possunt, *§. 3. J. quib. permis. non est fac. test.* *Surdi,* qui omninò non exaudiunt, *d. l. ac alij corpore laborantes,* quamvis naturâ sint tales, modo rerum suarum gerant administrationem, *l. 11 pr. ff. de contr. empt. arg. l. 6. ff. de judic. l. 48 ff. de O. & A. l. 4. §. 1. ff. de pact. arg. l. 1. §. 14. 15 ff. de O. & A. l. 27. C. de transact. l. 73. in pr. ff. de jur. dot.* Ubi enim non voce, sed præsentia animi, intellectu ac consensu tantum opus est, ibi hi supra dicti omnes commodè contrahere & obligari possunt, *l. 124. ff. de*

*de R. l. l. 309. ff. de V. S. arg. l. 2. ff. de bon. possess. fur. inf. mut. surd.* Si  
quidem animus sive consensus, quo contractus consensuales  
confirmantur *l. 35. in fin. ff. de V. O.* non tam ex suffragio, quam  
ex signis & conjecturis seu actibus exterioribus declarari & col-  
ligi potest juxta illud: Intima permores cognoscimus extero-  
res, *c. ex studijs X. de presumpt. l. 32. §. 1. ff. de LL. l. 20. ff. de acq. her.*  
*l. 5. ff. rem rat. hab.* quemadmodum etiam illi, qui piper de terris  
Orientalibus apportant, nec intelligunt, nec intelliguntur, quā-  
do interpretibus destituuntur, nutu tamen & signis vendunt, ac  
sic huncce contractum celebrant. *Deportati sive hodie Banni-*  
*ti, item Excommunicati;* Contractus enim hic est Jurisgenti-  
um. Quæ autem sunt jurisgentium, ea ipsis non sunt interdi-  
cta *l. 15. ff. de interd. & releg. l. 5. §. fin. ff. de bon. proscript.* Sed tan-  
tum ea, quæ sunt juris civilis, *l. 17. §. 1. ff. de pæn. l. 1. C. de her. instit.*  
secundum quod reputantur pro mortuis, *l. 6. §. 12. ff. pro soc. ac*  
*omnibus privilegijs exuuntur, l. 1. §. 8. in fin. ff. de bon. poss. contr.*  
*abb. c. 5. felicis. in de pæn. 6. c. dilecti. de except. c. 7. intelleximus. de*  
*judic. c. pia. de except. in 6. Nobiles quoq; superfluas suas res bene*  
*possunt vendere per l. 21. C. mand.* At solius quæstus gratia res  
comparare & revendere, ac ita se totum mercaturæ dedere, est  
actus nobilitati contrarius, *l. 3. C. de commerc. & mercator. l. 15. C.*  
*de remilit. l. 31. C. de loc. cond. l. 6. C. de dignit. l. 2. C. de carbon. edict.*  
*l. 27. C. de decur.* Nisi talis consuetudo in aliquo loco esset re-  
cepta, quæ observari posset *arg. l. 34. ff. de R. I. aut summa neces-*  
*sitas & paupertas id reposceret, quæ non habet legem, l. 5. §. 11.*  
*ff. de oper. nov. nunc. l. 45. §. 4. ff. de excus. tut. sed sæpè presbos non*  
*audenda audere cogit, Nov. Imp. Leon. 96.* Usufructuarius seu  
Legatarius potest jus suum in re usufructuaria seu legata, h. e.  
perceptionem omnium fructuum quovis modo, invito etiam  
propriario seu herede, alienare & vendere cuivis extraneo,  
*l. 9. §. 6. l. 12. §. 2. l. 38. 39. 67. ff. de usufr. l. 8. ff. de reb. autorit. jud. poss.*  
*vel vend. l. 66. ff. de jur. dot. l. 8. §. fin. ff. de peric. & comm. rei ven. l. 14.*  
*C. de contr. empt.* Jure n. usufructus omnes fructus suos facit  
per *l. 7. ff. de usufr. & §. 7. 38. de R. D. & per consequens, quia sunt*  
*ipsius, jure etiam domini alienatio eorum ac venditio erit cõ-*  
*cessa per §. 1. 7. & l. 22. ff. de V. & H. l. 12. §. 2. ff. de usufr.* Cujus enim  
rei

rei plena alicui est potestas, ei etiam facultas erit eam alienandi  
per l. 21. C. mand. Tutori autem usumfructum pupillo lega-  
tum hoc non permittitur. Non tamen jus utendi fruendi  
vendi potest, & hoc cedendo extraneo nihil agitur, per § 3. 7. de  
usufr. l. fin. C. de reb. alien. non alienand. l. 66. ff. de jur. dot. quia  
hoc jus est personale, adeoq; soli personæ coheret, l. 3. in fin. ff.  
quib. mod. usufr. amitt. l. 1. ff. de servitut. Venditum a illudius  
percipiendi fructus extinguitur eum persona venditoris seu u-  
susufructuarij, non emptoris, cui usufructuarius vendidit, l. 9.  
§. 1. ff. loc. cond. l. 8. §. fin. ff. de perit. § comm. rei vend. Resoluto  
enim jure datoris resolvitur etiam jus acceptoris l. 31. ff. pignor. l.  
196. ff. de R. l. arg. l. 1. in fin. ff. de constit. Princ. c. privilegium 7. de  
R. l. in 6. & fructus tempore usufructus extincti, maturi quidem,  
sed tamen nondum percepti, perveniunt ad Dominum proprie-  
tatis, non ad emptorem, quemadmodum etiam non pervenis-  
sent ad usufructuarij heredes, l. 13. ff. quib. mod. usufr. amitt. §.  
37. 7. de R. D. l. un. §. 6. C. de caduc. toll. l. 38. §. 10. ff. de V. O. Emphy-  
teuta quoq; si ipsi à Domino proprietatis liberrima alienandi  
potestas in instrumento fuerit, concessa, potest meliorationes  
suas & ipsum jus emphyteuticum extraneo vendere, emptorēq;  
in possessionem, si ipse Dominus nolit inducere potest, l. 3. C.  
de jur. emph. l. 8. §. 16. ff. quib. mod. pign. vel hyp. sol. Si vero in in-  
strumento de alienando rem emphyteuticam nulla fuerit facta  
mentio, tunc emphyteuta tenetur Domino proprietatis cum  
specificatione certi pretij pro re emphyteutica oblata denuncia-  
re, adesse emptorem, eiq; emendi prærogativam seu jus *ωρα-  
μίστωρ* offerre; Sed si noluerit facte hac denunciatione Domi-  
nus voluntatem suam explicare intra 2. menses, tunc emphy-  
teuta, eo etiam invitissimo, nihilominus meliorationes suas &  
jus emphyteuticum in alium idoneum & non prohibitum po-  
test transferre ac vendere, & Dominus soluto laudemio, quod  
præstatur honorarij loco pro subscriptione & inductione in  
possessionē, tenetur novam emphyteutam in possessionem su-  
scipere, idq; de natura hujus contractus, l. 3. C. d. r. Azo ibidem  
num. 9. Procuratores generalem & liberam omnium bolito-  
rum administrationem habentes, si negotiorū ratio & usus Do-  
mini

mini id exigat, etiam hunc contractum celebrare possunt nomine Domini, l. 9 §. 4. ff. de A. R. D. §. 43. ff. de R. D. aut speciale ad hunc contractum celebrandum mandatum habent, aliàs secus, per l. 16. C. de Procurat. Nisi essent res periturae vel attritae l. 63. ff. eod. Idem est iudicium de Syndico seu Procuratore Civitatis & Communitatis deputato ad hunc contractum. Heres, t. 1. C. de her. & aet. vend. Vir & uxor, licet minoris sit pretij, quam aestimari potest, dummodò non animo donandi facta sit venditio, sed animum verè vendendi & alienandi habuerint, aliàs si idcirco commentus sit maritus venditionem, ut eo facilis donare posset uxori, minimè valebit, l. 38. ff. de contr. empt. l. 5. §. 5. l. 7. §. 6. l. 31. §. 3. ff. de donat. inter vir. & ux. Debitor res quoque nonnullas potest vendere, si modò reliquæ facultates suas ad persolvendos creditores adhuc sufficientes erunt, §. 3. ff. quib. manum. lic. Filius fam. ex omnibus contractibus, excepto Mutuo & Voto, §. 7. ff. quod. cum eo, qui in alien. pot. t. 1. pr. ff. ad SC. Mac. pr. ff. de nupt. adeoq; etiam ex hoc contractu obligatur in solidum, & cum eo tanquam cum patre fam. agi potest, Pater vero ex filij contractu peculiotenus tantum tenetur, l. 57. ff. de judic. l. 44. 45. ff. de pecul. l. 39. ff. de O. & A. l. 141. §. 2. ff. de V. O. Quicquid autem filius acquirit, id acquirit patri, §. 1. ff. de serv. stip. At cum Patre, vel Pater cum filio contrahere nequit, §. 6. ff. de inut. stip. l. 2. pr. ff. de contr. empt. quia inter hos nulla obligatio aut actio civilis esse potest, propter jus patriæ potestatis l. 7. ff. de O. & A. l. 4. ff. de judic. l. 16. ff. de furt. §. 12. ff. de obl. qua ex del. Pater enim & filius jure civili censentur una esse persona, l. 11. §. fin. C. de impub. & alijs substitut. §. 4. in fin. ff. de inut. stip. Unde si oriretur obligatio civilis, sequeretur, quod pater sibi ipsi esset obligatus. Nisi fortassis contractus fieret de castrensi vel qs. castrensi, in quibus filius reputatur pro patre fam. l. 2. ff. ad SC. Maced. aut adventitio peculio, in quo patri ususfructus non debetur, l. 2. pr. ff. de contr. empt. l. 4. ff. de judic. l. 15. §. 1. ff. de castr. pecul. c. 1. pr. Nov. 17. Auth. excipitur. C. de bon. qua lib. Servus nomine & voluntate Domini hunc contractum quoq; celebrat, sed Dominus, non servus, ex eo obligatur, l. 1. pr. ff. quod ius. l. 1. pr. ff. de in rem vers. Contractus enim

Servus videtur ab eo comprobatus, cujus voluntate fuit celebra-  
tus, l. 9. §. 3. in fin. ff. de SC. Maced. Si vero servus in emptione  
vel venditione errore aut dolo plus minusve, quam à Domino  
in mandatis habuit, emerit vel vendiderit, aut in demonstrandis  
finibus agri venditi demonstraverit, in tantum valet contractus,  
in quantum Dominus consensit l. 24. ff. de acq. poss. l. 49. ff. de R.  
l. l. 18. §. 1. ff. de contr. empt. Factum enim servi Domino igno-  
ranti non obesse, l. 2. in fin. ff. de eo, per quem fact. erit, quò mi-  
nus in judic. nec per eum deterior, sed melior Domini conditio  
fieri debet, l. 133. ff. de R. L. Ex natura, contrariorum nunc facile  
est judicium de ijs, qui contrahere nequeunt, l. 21. §. 11. vers. absur-  
dum ff. de arbitr. Exuti autem sunt licentiâ contrahendi vel  
Naturâ, vel Lege. Naturâ quia destituuntur consensu, qui ta-  
men hoc in contractu est de substantia, v. g. Pupilli, qui tam ra-  
tione, quam favore ætatis pupillaris indistinctè ullam rem sine  
tutoris autoritate alienare & vendere nequeunt, in fin. §. fin. J.  
quib. alien. lic. l. 5. ff. de R. l. l. 5. §. 1. l. 9. pr. §. 1. ff. de aut. tut. l. 41. ff. de  
cond. ind. l. 43. 59. ff. de O. & A. l. 11. ff. de A. R. D. l. 1. C. de inut. stip.  
Et licet facta sit alienatio aut venditio, non tamen tenentur,  
nec etiam opus est restitutione in integrum, quia nulla obliga-  
tio tam activa quam passiva illis cõpetit jure civili stricto, l. 43.  
ff. de O. & A. In hac enim ætate propter infirmitatem intelle-  
ctus nec velle nec nolle creduntur, l. 189. ff. de R. L. Etsi quidem  
aliquis ijs sit consensus, tamen est imperfectus & illegitimus,  
nec ullius in alienando effectus, nisi suffulciatur tutoris auto-  
ritate, quæ supplet id, quod pupilli iudicio deest, l. 34. §. 2. ff. de  
acq. poss. Hinc qui sine tutoris autoritate à pupillo emit, non  
bonâ fide emisse videtur, l. 27. ff. de contr. empt. Res tamen ita  
vendita, nisi restituto pretio, quod in suam converterat utilita-  
tem, vindicari non potest, l. fin. C. de usucap. pro empt. Tenentur  
enim ex contractu, si locupletiores facti sunt, l. 13. §. 1. ff. de con-  
dict. ind. l. 8. §. 15. ff. ad SC. Vell. l. 5. in pr. §. 1. ff. de aut. tut. l. 3. pr. ff.  
commod. l. 3. §. 4. ff. de neg. gest. l. 4. §. 4. ff. de dol. mal. §. met. except.  
Ratio in l. 14. ff. de cond. ind. l. 206. ff. de R. L. Aut ex dolo, si ejus  
sunt capaces, l. 1. §. 15. ff. de pos. l. 11. ff. de R. L. Ratio in l. 12. ff. de dol.  
mal. l. 2. ff. de eo per quem fact. quò minus in judic. l. 1. §. 1. ff. de dol.  
mal.

*mal. & met. except.* Aut contractum in pupillari ætate sine tu-  
toris autoritate celebratum majores facti ratum habuerint, &  
quia impedimentum illud, quod antea contractum reddidit in-  
validum, per ratihabitionem cessat, & nova causa actum con-  
firmans supervenit, *l. fin. C. si mai. fact. alienat. sine decr. fact. rat.*  
*hab.* Sed distinguendum tamen est inter pupillos, Alij enim sunt  
adhuc Infantes h. e. minores septennio *l. 18. C. de jur. delib.* hi neq;  
sibi alios, neq; se alijs tam naturaliter quam civiliter obligare  
possunt, *l. 41 ff. de condit. ind. l. 1. §. 2. ff. de admin. tut. l. 1. pr. ff. de*  
*V. O. l. 59. ff. de O. & A.* quia nullum habent intellectum & con-  
sensum nec multum à furiosis distant, sed idem jus in utrisque  
statuitur, *§. 1. 9. 7. de inut. stip. l. 12. ff. ad L. C. de sicar. l. 9. ff. de acq.*  
*ber. l. 60. ff. de R. V.* nec intelligunt quid loquantur, multo minus  
quid agant, *l. 14. ff. de sponsal. l. 1. §. 13. ff. O. & A.* Alij Infantiaæ pro-  
ximi, qui nuper desierunt esse infantes, sed minores tamen sunt  
ii. annis, & alij Impuberes seu pubertati proximi, qui nim: ex-  
cesserunt annum ii. sed nondum impleverunt annum 14. quia  
ante pubertatem iudicium actu adesse, ut ineffectum deducere  
possint, non præsumitur, *§. 1. 7. quib. non est permis. fac. test. l. 12.*  
*§. 2. ff. de judic. c. 1. de regularibus in 6. & tales, quicquid enim vi-*  
*dent, adhuc ignorant, l. 1. vers. impuberes. C. de fals. mon. sine tu-*  
*toris autoritate se alijs non, sed sibi alios obligare possunt, § 9.*  
*7. de inut. stip. §. 2. 7. quib. alien. lic. l. 13. §. 29. ff. de act. empr.* Melio-  
rem enim non deteriorem conditionem suam sine tutoris au-  
toritate facere possunt pupilli, *pr. 7. § 1. 9. pr. ff. de aut. tut. l. 28. pr.*  
*ff. de pact. l. 11. ff. de A. R. D.* Autoritatem autem suam præstitisse  
dicitur Tutor, si id, quod à pupillo gestum est, approbaverit,  
vel non contradixerit, *l. 3. ff. de aut. tut.* quæ autem probari, non  
præsumi debet, *l. 13. §. 2. ff. de public. in rem act.* Ideoq; non va-  
let venditio, nisi ex ea, uti dictum, pupillus conditionem me-  
liorem sibi fecerit, licet post intervallum accesserit aut interpo-  
sita fuerit autoritas tutoris per epistolā, quia tutor statim in ipso  
pupilli negotio præsens esse debet, ita ut expressis verbis, non  
nutu vel signis, aut per nuncium vel epistolam autoritatem su-  
am interponat, & præsentia suā omnem dolum & metum ex-  
cludat, *§. 2. 7. l. 1. §. 1. l. 9. §. 5. ff. de aut. tut.* Paria aliàs sunt, aliquid  
pror-

prorsus non fieri, vel fieri, sed non legitime, l. 2. ff. eod. l. 6 ff. qui  
satisd. cog. Sufficit autem etsi plures sint contutores, sola au-  
toritas tutoris administrantis, l. 4. 5. in pr. ff. & l. fin. C. de aut. tut.  
l. 1. C. si ex plurib. tut. vel cur. Nisi forsan fuerit negotium omnes  
tutores concernens, d. l. fin. C. eod. aut administratio fuerit divisa,  
tunc quilibet in sua administratione autor tantum recte fieri  
potest, d. l. fin. C. eod. l. 51 ff. de admin. tut. Interponendo autem  
autoritatem suam tutor bene sibi prospiciat, ut res pupilli salvas  
conseruet, easque non deteriores, sed meliores reddat, l. 1. ff. pup.  
rem salu. for. l. 21. 23. C. de admin. tut. §. 2. J. de satis dat. tut. vel curat.  
alias non tantum id, quod pupillo ob ejus autoritatem decedit,  
apud tutorem accedit, sed etiam pupillus restitutionem integram  
petere, per l. 2. 3. & l. 1. C. si tut. vel cur. interv. & si per hæc duo  
remedia nondum satisfactionem suam accipit, contutorem et-  
iam non administrantem ad restituenda ea, quæ ipsi adhuc per  
priorem tutorem administrantem ad restituenda ea, quæ ipsi ad-  
huc per priorem tutorem administrantem desunt, convenire  
potest, l. 3. §. 2. ff. de admin. tut. Nisi suspectum prius fecerit  
tutorem administrantem d. l. Sunt enim Contutores qs. ob-  
servatores actus ejus & custodes dati, d. l. & l. 55. §. fin. ff. eod. Mi-  
nores 25. annis, qui vel habent, vel non habent curatores, Priori  
casu, quia propter interdictam rerum suarum administrationem  
& alienationem æquiparantur impuberibus ac prodigis, l. 3. C. de  
in int. rest. min. etiam sine curatoris autoritate hunc contractum  
celebrare nequeunt, d. l. 3. propter defectum partim judicij,  
quod admodum adhuc fragile, infirmum, multisque captionibus  
ac insidijs expositum est, l. 1. pr. ff. de minor partim consensus, sine  
quo tamen nullus contractus perfecte celebrari potest, l. 18. ff.  
de R. C. l. 1. §. 3. ff. de pact. Hoc enim sine curatores dati sunt, ut  
cum per ætatem negotia tueri apteque gerere nequeant, alij illa  
tueantur ac gerant pr. J. de curat. l. 1. §. 3. l. 3. pr. ff. de minor. l. 20. ff.  
de rit. nupt. l. 8. pr. C. de nupt. Nisi contrahendo meliorem suam  
fecerint conditionem, l. 1. 5. pr. ff. & §. 1. J. de aut. tut. l. 3. §. 4. l. 6. pr.  
ff. de neg. gest. l. 3. pr. commod. l. 13. §. fin. ff. de cond. indeb. Postero-  
ri casu res suas immobiles etiam sine decreto & consensu Ma-  
gistra-



gistratus non rectè vendunt, l. 4. n. 15. C. de prad. & alijs reb.  
min. l. 3. C. quando decr. non opus est l. 3. C. de his qui ven. etat. im-  
petr. res vero mobiles possunt: laesi tamen, probatâ prius æ-  
tate & læsione, l. 24. §. 1. in fin. ff. de minorib. l. 4. §. 5. C. de in int. rest.  
min. restitui possunt, l. 3. C. d. t. l. 9. §. 4 ff. de jurejur. l. 1. 7. §. 3. in fin.  
ff. de minor. licet dolus adversarij non sit probatus, l. 5. C. d. t. Ni-  
si juramento spontaneo se venditionem non retracturos confir-  
mârint, l. 1. §. 1. C. de sacramento. C. si adv. vend. l. 21. in fin. ff. de dol.  
mal. c. 53. §. fin. F. 2. salus enim animæ omnibus temporalibus lon-  
gè præferenda est. Aut pro majoribus se gesserint animo de-  
cipiendi adversarium, l. 52. §. 15 ff. de furt. l. 2. §. 1. C. si min. maj. se  
dix. Ratio in d. l. 2. C. eod. Aut majores facti per quinquennium  
tacuerint, l. 3. §. 1. ff. de minor. l. 1. 2. C. si min. maj. facti. Furiosi,  
die Unsinnige/ Tollen/ Rasende/ qui evidenti rabie furoris  
laborant, Mente capti, qui nullum furorem extrinsecus osten-  
dunt, sed sub quadam latente animi quiete, ac sine mente sunt,  
die Narren/ Albern/ Wahnwizige/ thoren/ die/ ut dicitur,  
ihre sünff Sinn nicht beyammen haben/ ac omnes, qui ra-  
tione & judicio carent, voluntatemq; non habent, & nomen  
suum ignorant, suiq; non sunt, arcentur ab hoc contractu, l. 5.  
40. ff. de R. l. 1. §. 12 ff. de O. & A. l. 1. §. 3. v. quia affectionem ff. de acq.  
pos. l. 7. §. 9 ff. quib. ex caus. in possess. eat. Contractus enim hic ani-  
mi judicio & ex certa scientia peragi debet. Furiosorum au-  
tem duo in jure nostro sunt genera per l. 13. §. 1. l. 14. ff. de offi.  
Pres. §. 1. 7. quib. nō est perm. fac. test. l. 18. §. 1. ff. de acq. pos. l. 6. pr. l. 7.  
ff. de curat. furios. l. 22. §. 7 ff. sol. matr. Unum est eorum, quorum  
furor est intermissus, & dilucida habent intervalla sive induci-  
as, l. 22. §. 7 ff. sol. matr. l. 20. §. 4 ff. de testam. Hi omnia nego-  
tia, ideoq; etiam hunc contractum tempore intermissi furoris  
rectè gerunt ac celebrant, nec superveniens etiam furor negoti-  
um rectè gestum perimere potest, l. 20. §. 4 ff. d. t. l. 6. C. de curat. fur.  
§. 1. 7. quib. non est perm. fac. testam. l. 2. C. de contr. empt. l. 16. §. 2. ff. de  
rit. nupt. Alterum est eorum, qui perpetuo furore agitantur ac  
continuâ mentis alienatione sūt, omniq; carent intellectu, d. l.  
22. §. 7 ff. eod. Et hi, etiâsi delinquant, nō plectuntur, l. 12 ff. ad L. C.

E

de

*de sicar. l. 9. §. 2 ff. ad L. Pomp. de parric.* satis enim ipso puniuntur  
furere *l. 13. 14. ff. de offic. Praesid. d. l. 9. §. 1.* ac afflictis non addenda  
est afflictio, *l. 28. in fin. C. de episc. aud. l. 33. §. 2. in fin. C. de Episcop. &  
Cler.* Et de his etiam h. l. sermo est, qui nullum negotium con-  
trahere possunt, etiam si autore Curatore pinguiorem reddant  
conditionem suam *l. 1. §. 12. ff. de O. & A. §. 8. J. de inut. stip. l. 5. ff. de  
R. I. l. 63. ff. de acq. her.* Nulla enim eorum est voluntas & con-  
sensus tam in acquirendo quam in alienando *l. 2. C. de contr. empt.  
l. 16. §. 2. ff. de rit. nupt. l. 40. ff. de R. J. l. 47. in fin. ff. de acq. hered.* ni-  
hil indicij ijs inest, menteq; prorsus carent, §. 1. J. quib. non est  
perm. fac. test. *l. 20. §. 4 ff. de testam. l. 22. §. 7 ff. sol. matr.* non intelli-  
gunt, quid agunt, §. 8. J. de inut. stip. *l. 2. §. 3. ff. de jur. Codic.* sed  
mortuorum, absentium, ignorantium, quiescentium & dormi-  
entium loco habentur, *l. 24. ff. rem rat. hab. l. 4 ff. de divort. l. 2. §.  
3. in fin. ff. de jur. Codic. l. 124. in fin. ff. de R. I. l. 1. §. 3. ff. de A. vel A. P.  
l. 17. §. 11 ff. de injur. neq; fidejussor pro ijs intervenire potest, l. 6.  
ff. de V. O.* Emens tamen a furioso, si ignoraverit eum furore esse  
correptū, usucapit, *l. 7. §. 2. ff. de publ. in rem act.* Lege prohibetur,  
Prodigi, quia in hoc contractu necessario requiritur consensus  
& trāslatio vel dominij vel possessionis vacuæ, *l. 1. pr. l. 2. §. 1. 2. §.  
1. l. 11. §. 2. ff. de act. empt.* His aut commercium interdictum, & quia  
bona sua rationabiliter gubernare nequeunt, libera quoq; eo-  
rum administratio adempta est, *Ulp. in fragm. tit. 21. §. 12. in fin. l.  
1. pr. ff. de curat. furios. §. 2. J. quib. non est perm. fac. test.* Ideoq; quia  
nihil habent in bonis, *l. 10. pr. ff. de curat. furios.* neque volunta-  
tem aut consensum in contrahendo & obligando habere,  
neque aliquid ad alios transferre possunt, *d. l. 10. pr. §. l. 16.  
§. 1. ff. eod. l. 40. ff. de R. I. l. 6 ff. de V. O. l. 26. ff. de contr.  
empt. l. 18. pr. ff. de testam.* Comparantur etiam quoad bonorum  
administrationem & alienationem ademptam furiosis, *d. l. 40.  
ff. eod. §. d. l. 6 ff. eod. §. 3. J. de curat. l. 1. ff. de cur. fur. l. 7. §. 9. §. 12.  
ff. quib. ex caus. in pass. eat. l. 25 ff. de fidejuss. l. 13. §. 2. C. de sentent.  
pass. & restit.* quia ut furiosi desipiunt animo, sic prodigi mori-  
bus, & in diminuendis bonis furiosum facere videntur exitum,  
*l. 12. §. 2. ff. de curat. §. tut. dat.* neq; etiam pro ijs fidejussores in-  
tercedere possunt, *l. 6 ff. de V. O. l. 16. pr. ff. de fidej. neq; jurame-  
to ad*

eo adjecto contractus confirmantur, l. 7. §. 16 ff. de pact. l. 27. ff. de  
probat. l. 5. C. de LL. Extra autem bonorum administrationem  
assimilantur pupillis & minoribus, quia exemplo eorum, etiam  
acquirendo conditionem suam meliorem facere possunt absq;  
curatore autore, l. 9 §. 7 ff. de R. C. l. 6. ff. de V. O. l. 4. dabimusq; §. 1.  
in fin. ff. de priv. cred. l. 5. §. 1. ff. de acq. her. l. 3. C. de in int. rest. min.  
Nov. Leon 39. Prodigus a. dicitur, qui neq; tempus, neq; finem  
neq; discrimen expensarum honestarum & inhonestarum, de-  
centium & indecentium habet, sed bona sua dilacerando &  
dissipando profundit, l. 1. pr. ff. de cur. fur. Sed sola lex non, ut  
olim, quempiam efficit prodigum, sed quia non tantum in facto  
consistit, verum etiam ob varias personarum, rerum, tempo-  
rum, causarum ac facultatum circumstantias tam probatu quã  
cognitu difficile videtur, ita ut opinioni ac iudicio vulgi per-  
mitti nõ possit, hodiè autoritas quoq; & declaratio Magistratus  
requiritur, ut praviã causã cognitione talem hominem declaret  
prodigum, ipsiq; administrationem rerum suarum adimat,  
eamq; dato curatori committat, l. 10 ff. de curat. furios. l. 1. §. 2.  
ff. de cur. & tut. dat. l. 27. pr. ff. de minor. Reip. enim interest, ne  
quis re suã malè utatur, & ut locupletes habeat sub se subditos,  
§. 2. 7. de his qui sui vel alien. jur. Nov. 8. in pr. l. 25. §. 11. ff. de her.  
pet. Quicquid itaq; ante declarationem cum eo, qui bona sua  
etiam malè administrat, gestum & contractum est, manet ratũ,  
§. 2. 7. quib. non est permis. fact. rest. quia nondum jure prodigus  
esse intelligitur, etsi facto sit prodigus, arg. d. §. 2. l. 6. ff. de V. O. l.  
18. pr. ff. de testam. Nisi quis cum maximo luxurioso contrahat  
quem scit, illicò pecuniam turpiter consumpturum, l. 8. ff. pro  
empt. Si autem prodigus declaratus postea ad sanos mores re-  
versus fuerit, rectè etiam cum eo contractus celebrari possunt,  
quia tunc ipso jure ante novam declarationem pro prodigo nõ  
amplius habetur, l. in fin. pr. ff. de curat. furios. Sed ignorans rem  
à prodigo emptam potest, sed sciens non potest usucapere, l. 10.  
ff. de usurpat. & usucap. l. 26. ff. de contr. empt. l. 7. §. 3. ff. de public. in  
rem act. l. 2. §. 16. ff. de pro. empt. Ratione quidem officij privati,  
Tutor administrans rem à pupillo emere nequit ob suspiciõnẽ  
fraudis, l. 34. §. 7. ff. de contr. empt. l. 5. §. 2. ff. de aut. tut.  
Neque, ejus Uxor, l. 5. C. de contr. emptio. neque alius

eius nomine, l. 46. ff. d. t. Quod enim quis per alium facit, per seipsum fecisse intelligitur, c. 67. quod alicui & c. 72. qui facit. de R. I. in 6. l. 2. §. 1. ff. de admin. rer. ad civit. pertin. l. 5. §. 3. ff. de aut. tut. l. 11. C. de his qua vi metusve caus. gest. l. 3. pr. ff. quod vi aut clam. l. 1. §. 12. ff. de vi & vi armat. Aliàs ipse autor in rem suam esset, & unâ vice & venditor & emptor contra l. 1. & 5. pr. ff. de aut. tut. §. 3. J. eod. l. 10. ff. de jurisd. l. un. C. ne quis in sua caus. judic. Nisi fiat palâm & bonâ fide, veluti in aucionem pupilli, l. 1. & 5. pr. ff. de aut. tut. l. 2. §. 8. ff. pro emptor. & justo pretio, ac alterius contutoris, Judicis vel conjunctorum autoritate & comprobatione seu rati habitione a devitandum dolum malum, l. 3. pr. l. 54. ff. de admin. tut. l. 5. §. 2. ff. de aut. tut. Aut res pupilli sub hasta vendantur, utile enim tunc est pupillo, quàm plurimos habere licitatores, quia res plus offerentibus addicitur: Aut tutor ex necessitate se substituât in locum emptoris, qui rem pupilli justo pretio emit, & id debito tempore non solvit, pretium quoq; idem inferat rationibus pupilli, remq; retineat, l. 56. ff. de admin. & peric. tut. Contutores tamen, quibus tutela administratio non est decreta, rectè à pupillis emere possunt, l. 6. ff. de aut. & constit. Ratione officij publici Administratores ij, qui munus aliquod publicum gerunt, neq; eam rem, quam ex officio suscepto administrant, & aliàs vendi necesse est, neq; ab ijs, quibus sunt præpositi, emere possunt; idq; ob præsumptum timorem, quem incutiunt subditis, & si quid emerint, rem amittunt & in quadruplum fisco tenentur, l. 46. 62. pr. ff. de contr. empt. l. 33. ff. de R. C. l. 3. 16. C. si cert. per. c. un. C. de contract. jud. l. 46. §. 2. de jur. fisc. Exceptis ijs, quæ ad alimoniam & vestes pertinent; aut specialiter à Principe sunt concessa; aut quando à Fisco prædia paterna venduntur; aut finito officio emunt, l. un. C. de contract. judic. l. 46. 62. ff. de contr. empt. Sic Imperator nihil de Imperio alienare & vendere potest autoritate propriâ, sed omnia Imp. Rom. concercentia deliberanda proponere tenetur, arg. l. 8. C. de LL. sed de suis potest; & tunc ex contractu tam extraneis, quàm suis subditis jure Naturæ & Gentium obligatur ad præstandum, l. 3. C. de quadrienn. præscript. l. 2. C. ne sic rem. quam vendid. evinc. l. 5. C. de locat. prædiior. civil. Advocatus & Cliës pen-

pendente lite; Medicus & Ægrotus tempore morbi ad evitan-  
dam suspicionem, l. 6. §. 2. C. de postul. l. 9. C. de Profess. & Medic. l. 3.  
ff. de extraord. cognition. Venditio enim vi metuvè extorta,  
quemadmodum inter hæcæ personas præsumitur, ipso jure est  
nulla, l. 7. in pr. ff. de dol. mal. l. 8. C. de resc. vend. l. 4. 5. 8. 11. C. de his,  
quæ vi metuvè caus. gest. nec etiam obligatio ex promissione,  
quoad consensum scilicet liberum, oritur, quod tamen fieri de-  
bet, per l. 116 ff. de R. I. Milites eo in loco, ubi militant, exceptis  
ijs, quæ ad victum & amictum requiruntur, l. 62. in pr. ff. de con-  
tr. empt. l. un. §. 2. ff. de contract. judic. aut si paterna bona à fisco  
distrahantur, d. l. 62. idq; propter affectionem singularem in bo-  
na ista, quæ in his rebus spectatur, l. 35. ff. de minor. & ignomini-  
am seu injuriam, quæ defunctus afficeretur, si bona ejus publi-  
câ sub hasta venire permitterent, §. 1. in fin. J. quib. ex caus. manum.  
non. lic. Monopolæ, qui soli jus vendendi in Civitate sibi usur-  
pant, etiam meritò ob detrimentum, quod Civitati inferunt,  
ab emptione arcentur, l. un. C. de monopol. Judæi & Pagani à  
commercio mancipij Christiani, t. t. C. ne Christ. mancip. (C) Ab-  
solutâ explicatione qualicunq; Personarum, quæ contractum,  
hunc possunt vel non possunt celebrare; sequuntur jam Res seu  
Merces, quæ ad hujus Contractus substantiam & perfectionem  
adeò sunt necessariae, ut sine ijs nec consistere, imò nec intelli-  
gi quidem possit emptio venditio. l. 8 ff. de contr. empt. Merx  
autem, quæ sic dicitur, quòd mereat pretium, est illa res, quæ  
venditur, l. 1 ff. de contr. empt. l. 1 ff. de R. P. Quæ v. res emi vè diq;  
possint, satis liquet ex l. 34. §. 1. ff. de contr. empt. l. 17 ff. de her. & act.  
vend. t. t. J. de R. I. ubi dicitur omnium rerum, quas quis habe-  
re vel possidere vel persequi potest, i. e. quarum proprietas vel pos-  
sessio, vel actio nobis competit, recte fieri venditionem: nisi  
Naturâ, vel Jure Gentium, vel Civitatum moribus, vel per testa-  
mentum, aut contrahentium conventionem commercio exi-  
miantur, quia earum, quarum alienatio est prohibita, etiam em-  
ptio & venditio est nulla. l. 6. 62. 70. ff. de contr. empt. c. 3. §. 1. pr. F. 2.  
idè enim rem emimus, ut eam habeamus, & vendimus, ut pre-  
tio soluto eam tradamus; rem autem, quam habere non licet,  
eam ne emere quidem, imò cum non habemus, ne tradere qui-  
dem

Deni possimus. Res a. vendibiles secundum tit. 7. de R. corp. & in-  
corp. § 1. ff. de R. D. sunt vel Incorporales, vel Corporales. In-  
corporales sunt, quæ oculis conspici & manibus tangi nequeunt,  
sed in puro jure consistunt ac sola animi cogitatione percipiuntur,  
l. 43. §. 1. ff. de A. R. D. l. 4. § 27. ff. de usurp. & usucap. Nomina  
seu actiones, quæ ante, non post litis contestationem vendi possunt,  
sive sint reales, sive personales, puræ sive conditionales, etiã in-  
vitis & ignorantibus debitoribus, l. 2. C. de litig. l. 17. 23. §. 1. ff. l. 3. 9. C.  
de her. & act. vend. modò non alienentur in potentiorum, l. 2. C.  
ne lic. potent. jus etiam actionis sit certum & liquidum: ast emp-  
torem de debitoris divitijs certiorare venditor non tenetur.  
l. 4. ff. de her. & act. vend. nec ei quoq; nisi justissimam erroris  
habeat causam, ob lationem succurritur, l. 7. §. ff. de l. & F. l.  
arg. l. 22. §. 2. ff. sol. matrim. Modò à venditore omnia, quæ  
ratione hujus nominis seu actionis contra debitorem vel alios  
tempore contractus initi competebant, & post competere pos-  
sunt, cedantur, l. 6. 14. pr. l. 23. ff. de her. & act. vend. l. 7. §. C. eod.  
Emptor tamen plus à debitore non exigere potest, quàm vendi-  
tori est solutum, l. 22. 23. ff. mand. Hereditas defuncti ex testamē-  
to delata, non viventis, cujus nulla est hereditas, l. 1. ff. de her. &  
acton. vend. l. 1. ff. pro hered. vel pro possess. Hoc casu in-  
emptorem transeunt omnes actiones utiles activæ, omniaque  
jura & commoda, quæ tempore contractus exhereditate ad vē-  
ditorem perveniebant, l. 2. §. 1. 4. 5. ff. de her. vend. quamvis cessio  
nondum fuerit facta, quæ si fit, transeunt etiam postea dire-  
ctæ: Imò venditor etiam suum debitam, quod defuncto debe-  
bat, emptoriolvere tenetur, l. 2. §. 6. ff. d. t. Jus autem accrescē-  
di non transit ad emptorem, sed ad heredem seu venditorem,  
si fortè pars hereditatis tantùm ab uno herede fuerit vendita, &  
alter coheres vel suam partem repudiarit, vel mortuus fuerit,  
quia hoc jus tantùm locum habet in ultimis voluntatibus, nõ  
in contractibus arg. l. 1. ff. de V. O. & inter conjunctos, l. 1. pr. ff.  
de usufr. accresc. l. 6. pr. ff. de bon. poss. quibus emptor hereditatis  
adnumerari nequit, nec deniq; plus ad emptorem pervenire  
potest,

potest, quam à tempore mortis ad venditorem pervenit, ac ipsi quoq; fuit venditum, l. 2. §. 1. 2. ff. de her. & act. vend. Neq; actiones etiam passivæ, licet onera hereditaria unâ cum hereditate transferantur in emptorem, l. 2. §. 16. ff. eod. quia venditor adeundo hereditatem semel heres factus, remanet, venditâ etiam hereditate, heres, defunctumq; representat, ac qs. contraxisse videtur cum creditoribus ac legatarijs defuncti, §. 5. 7. de obl. quæ ex qs. contr. l. 4. §. 3. ff. si quis omiſſ. caus. testam. ab intest. l. 3. in fin. l. 4. ff. quib. ex caus. in poss. eat. l. 2. C. de her. vel. act. vend. l. 7. §. 10. ff. de minor. l. 88. in fin. ff. de her. instit. non emptor, qui viceheres tantum est, l. 2. §. 18. ff. de her. vel. act. vend. ideoq; actiones creditoribus defuncti competentes non transferuntur in emptorem, sed remanent apud venditorem, l. 25. C. de pact. qui postea id, quod hoc nomine expendit, ab emptore repetere potest, l. 2. C. de her. vel. act. vend. Nisi venditor solvendo esse desinat, tunc enim quoque conveniri potest, l. 94. §. 1. ff. de legat. 1. l. 2. §. 18. ff. de hered. vel. act. vend. aut contra emptorê spontaneâ voluntate creditores actiones suas moveant, l. 2. C. de pact. Venditor de certa hereditatis quantitate emptorem certiorum facere, l. 14. in fin. ff. de her. vel. act. vend. aut rerum singularum evictionem præstare non tenetur, l. 2. in pr. ff. d. l. C. de evict. Servitutes tam Reales, l. 30. ff. de S. P. V. l. 80. §. 1. ff. de contr. empt. l. 26. ff. de S. P. R. l. 6. §. fin. l. 10. 13. in pr. ff. commun. pradior. quam Personales, veluti Usus fructus, etiam invito herede seu Domino proprietario §. 1. 7. de V. & H. l. 38. 39. 67. ff. de usufr. l. 8. pr. ff. de reb. aut. jud. poss. Alit tamen in venditione usufructus intelligitur perceptio tantum fructuum rei alicujus, quæ h. l. est vendibilis, non ipsum jus utendi fruendi, quod non est vendibile, per l. 8. §. 2. ff. de per. & comm. rei vend. & l. 66. ff. de jur. dot. quemadmodum pluribus dictum est in hac ipsa th. lit. B. vers. Usufructuarius. Incorporales itaq; res, quæ possint vendi, non impedit, l. 4. §. 27. ff. de usurpat. & usucap. l. 43. §. 1. ff. de A. R. D. quia licet non verâ sit earum possessio & traditio, est tamen qs. possessio & qs. traditio; tradidisse n. censetur venditor rem venditam, si patitur uti frui, & usus habetur pro traditione possessionis, l. 23. §. 2. ff. ex quib. caus. maj. restit. l. 3. ff. de usufr.

*Infir. l. 11. §. 1. ff. de publ. in rem act. l. fin. ff. de servitut.* Corpora-  
les sunt, quatum certum est corpus & certa substantia, ita ut  
sui naturâ & potentiâ, licet non semper actu, videri, tangi, tra-  
di ac possideri possint, *7. de reb. corp. & incorp. l. 1. ff. de R. D. l. 3. pr.*  
*ff. de acq. poss.* suntq; vel Mobiles, quæ moveri possunt, vel à sei-  
pso, dicunturq; animales, ut equus, bos, &c. vel ab alio, ut quæ  
sensu carent, v. g. supplex, fructus &c. *l. 1. §. 1. ff. de R. V. l. 93. ff. de*  
*V. S. l. 30. pr. C. de jur. dot. l. un. §. 7. vers. ex actio autem. C. de rei ux.*  
*act. l. 2. pr. l. 3. pr. in vers. & nemo. C. de quadr. prescript.* vel Immobili-  
les, quæ moveri nequeunt, v. g. res soli, fundus, *l. 1. §. 3. ff. de vi &*  
*vi armat.* & quæ solo coherent, veluti ædificium, *d. l. 1. §. 4.* aut  
immobilibus annumerantur, ut salaria, stipendia, sportulæ, *l.*  
*14. C. de SS. Eccl.* annui reditus seu census, **Widerkauffliche Zins**  
consistentes vel in pecunia, vel in frumento *ix. in Clement.*  
*cap. 1. vers. cumque annui reditus. de V. S.* qui rectè quoque  
vendi & emipossunt, *in pr. vers. vult n. illa Nov. 7. Sc. 1. Nov. 360.*  
*Nov. 72. c. 7. X. A. zu Augsp. Anno 1548. sub tit. von Wucherlichen*  
*Contracten.* si modò requisita certa diligenter observentur, ut 1.  
pretium detur absq; ulla repetendi facultate, 2. pensiones vel  
reditus non excedant justam ratione pretij quantitatem, 3. ven-  
ditori quoq; restitutâ sorte, semper libera sit potestas re-  
dimendi hocce reditus. Omnes enim hîc tres partes essentia-  
les veræ venditionis ponuntur, v. g. consensus contrahentium,  
pretium, quod est ea pecunia, quæ pro annuis reditibus datur,  
& merx, quæ emitur, est annuorum redituum perceptio, tanquã  
res vendibilis certa, *l. 8. 9. ff. de contr. empr. l. 14. §. fin. C. de SS. Eccl.*  
In genere omnes res, quæ in singulorum hominum commercio  
versantur, ac in eorum dominium & usum perveniunt, optimè  
vendi & emipossunt, *l. 83. ll. 5. vers. nam de his. ff. de V. O.* tam præ-  
sentes, quam futuræ, ut fructus intra 3. vel 4. menses nascituri,  
foetus pecorum &c. Imò etiam res spei & aleæ, veluti tractus  
piscium, avium, mishilium, *l. 8. ff. de contr. empr. l. 12. ff. de action,*  
*empr. §. 7. 7. de legat.* Effectus autem hujus contractus in re fu-  
tura & eâ, quæ quidem existit, sed adhuc incerta & in spe, non  
est unus & idem: priori enim casu emptio videtur conditionalis,  
si



si nim: foetus fuerit editus, aut fructus provenierint, hinc  
si prorsus nullus edatur, aut fructus nulli proveniant, emptio,  
deficiente re, nulla quoq; est, per l. 8. ff. de contr. empt. sin vero  
pro parte extiterint, vel foetus morbosus aut fructus tenues,  
contractus manet validus, l. 39. §. 1. ff. d. t. adeo ut de pretio nihil  
remittere teneatur venditor, quia contractus talis hæret inter  
spem lucri & metum damni. In tractu vero piscium, avium, mis-  
silium, venditio dicitur pura, ita ut emptor teneatur, etiamsi  
prorsus nihil sequatur, nihilq; in rete incidat, per l. 8. §. 1. ff. eod.  
quia hoc casu spes loco rei videtur empti. Nec non res una ea-  
demq; duobus separatim, antequam tamen priori emptori ve-  
dita res fuerit tradita, pretiumq; pro ea quoq; solutum, bene  
vendi potest, l. 15. C. de R. V. l. 6. C. de her. & act. vend. modo do-  
lus malus abfuerit, l. 30. §. 1. ff. de act. empt. contractus enim hic  
non est modus acquirendi dominij, sed obligationis, l. 20. C. de  
pact. §. 41. §. de R. D. Is autem emptor postea alteri præfertur,  
cui res prius est tradita, l. 31. §. fin. ff. de act. empt. l. 15. C. de R. V. al-  
teri vero ob fractam contractus fidem competit contra vendi-  
torem actio empti ad interesse l. 1. ff. de act. empt. l. 6. C. de her. &  
act. vend. Unde etiam res aliena (quâ hic contractus differt  
quoq; à Permutatione, l. 1. §. 2. 3. ff. de R. P.) ab ignorante præsertim  
herede (qui propterea non committit furtum, §. 3. J. de usucap.)  
absq; tamen præjudicio Domini, cujus res est, l. 6. C. de reb. al.  
non alien. (qui eam semper vindicare potest, l. 28. ff. de contr. empt.  
nisi ab emptore b. f. cui pro dominio est bona fides, l. 136. ff. de  
R. A. fuerit usucapta, c. 87. F. 2. l. 2. 5. C. de reb. al. non alien. eo enim  
casu Domino competeret postea actio ad pretium, l. 1. C. d. t.) po-  
test vendi, l. 28. ff. de contr. empt. quia venditor ad transferendum  
rei venditæ dominium, quod in re aliena etiam fieri nequit, pr.  
l. 20. ff. de A. R. D. l. 11. 54. ff. de R. I. l. 10. C. quod cum eo, qui in al. pot.  
est, gest. neg. esse dic. non tenetur, l. 25. §. 1. ff. de contr. empt. l. 11. §.  
2. ff. de act. empt. sed tantum, ut eam tradat, h. e. in possessione  
rei venditæ mittat, emptoriq; sine interpellatione habere liceat,  
l. 3. pr. l. 11. §. 2. l. 30. §. 1. ff. de act. empt. l. 1. pr. ff. de R. P. §. 2. J. de donat.  
d. l. 11. §. 2. §. l. 6. C. de evict. quæ huic contractui naturaliter in-  
est,

F

est,

est, ita ut, licet partes tempore contractus eam non expresse-  
rint, tamen prestanda veniat, venditorque evicta re ad pretium,  
emptori restituendum compelli possit, modo specialiter de  
ea non prestanda nihil conventum fuerit, l. 11. §. 1. 8. ff. de act.  
empr. l. 195. ff. de R. I. Emptor tamen, si sciens & à vero Domino  
admonitus, ne emeret, nihilominus eam rem emerit, improbe  
facit, furtumque qs. committit, §. 3. 7. de usucap. neque actionem  
empti quoque contra venditorem habet, c. 80. 87. 96. F. 2. l. 27. C.  
de evict. sed rem emptam unà cum fructibus perceptis & perci-  
piendis absque pretij refusione restituere tenetur, idque in odium  
m. f. possessoris, l. 5. C. de R. V. l. 62. §. 1. ff. eod. l. 3. C. de condict. ex leg.  
l. 27. ff. de contr. empr. l. 78. ff. de R. I. Fit autem res aliena etiam  
emptoris scientis, quando verus Dominus tempore traditionis  
vel ratum habuit contractum, vel scivit rem esse suam, nec tamen  
evidenter contradixit, l. 44. §. 1. ff. de usurp. & usucap. Alienare  
enim & alienationi consentire intelligitur is, qui patitur rem  
suam usucapi l. 28. ff. de V. S. nec contradicit, cum potest, l. 2. §. 2.  
ff. sol. matr. l. 7. §. 1. ff. de sponsal. l. 2. in pr. ff. ad municip. l. 45. pr. ff.  
ad L. Aq. l. 1. §. 5. in verb. passus est. ff. de exerc. act. Sic pignus quo-  
que ex speciali pactione, quæ contractui dat legem, l. 23. ff. de R.  
7. de distrahendo seu vendendo eo, si debitor pecuniam credi-  
tam intra præfixum tempus non solverit, creditor absque ulla de-  
nunciatione & propria autoritate legitime vendere potest, §. 1.  
7. quib. alien. lic. l. 6. §. 8. in fin. ff. comm. div. l. 4. in pr. ff. de pign. act. l.  
3. §. 1. C. de jur. dom. impetr. l. 1. pr. ff. de pact. l. 12. C. de contr. stip. Do-  
lo enim malo non videtur facere, qui jure suo utitur, l. 55. 155.  
§. 1. ff. de R. I. nec multis etiam postulandum precibus, quod le-  
ge jamjam est permissum, l. un. C. de thesaur. adeo ut creditor do-  
minium pignoris legitime venditi irrevocabiliter in emptorem  
transferat, l. 3. ff. & l. 7. 18. C. de distr. pign. quod enim jure substi-  
stit, revocari non debet. in fin. l. 8. C. d. r. l. 2. C. si antiq. cred. pign.  
vend. ac immunis quoque ab evictione est, etiam si res fuerit alie-  
na, l. 1. pr. C. cred. evict. pign. non deb. l. 11. §. 16. ff. de act. empr. l. 10. ff.  
de distr. pign. Siquid tamen ultra debitum de pretio supererit,  
debitori restituendum est: quemadmodum siquid deficiet, à de-  
bitore resarciendum venit creditori, l. fin. §. 4. 5. C. de jur. dom. im-  
petr.

*petr. l. 3. §. 9. 20. C. de distr. pign. l. 28. ff. de R. C. l. 14. ff. de condit. indeb.*  
*l. 176. ff. de V. S.* Ast si nullum pactum de distrahendo fuerit  
adjectum, tunc post biennium à denunciationis seu interpella-  
tionis die etiam rectè fieri potest pignoris venditio, *l. 3. §. 1. 2.*  
*C. de jur. dom. impetr. l. 4. C. de distr. pign.* Pactum autem planè  
contrarium de non distrahendo pignore requirit trinam denū-  
ciationem, *l. 4. 5. ff. de pignor. act.* quibus non unâ quidem vice,  
sed aliquo temporis intervallo successivè secundum Judicis ar-  
bitrium peractis, distractio demum pignoris contra cessantem,  
& non solventem debitorem fieri potest, *l. 4. 9. C. de distr. pign. l. 3.*  
*§. 4. C. de jur. dom. impetr.* Res communis quovis modo ut alie-  
nari, ita etiam vendi potest, pro parte scilicet, quæ venditori  
competit, etiam si res sit indivisa, *l. 12. C. de donat. l. 3. 4. C. de comm.*  
*rer. alienat. l. 18. ff. de contr. empt.* ante tamen, non post acceptum  
judicium *fam. ercisc. vel comm. divid. l. 1. §. fin. C. comm. divid.*  
*l. 13. 14. ff. fam. ercisc.* Totius autem rei communis venditio non  
potest præjudicare socio, quò minus portionem suam ab em-  
ptore ignorante nondum usucaptam possit vindicare, *l. 1. C. de*  
*comm. rer. alienat.* emptori tamen postea licet convenire ven-  
ditorem evictionis nomine ad interesse. Fiscus verò, si rem com-  
munem vendiderit, socij tenentur agere ad pretium, *l. 2. C. d. t. l.*  
*un. C. de vend. rer. fisc. cum privat. comm.* Sequuntur nunc Res  
quas vel Jus Naturæ, aut Gentium, aut Civile, vel Mores Civitatis  
commercio hominum exemerunt; suntq; ejusmodi, quæ de natu-  
ra rerum planè esse nequeunt, ut hippocentaurus, *§. 1. J. de inur.*  
*stip. l. 1. §. 9. ff. de O. & A.* & propterea à scientibus nec vèdi nec emi,  
cùm sine re nulla sit emptio & venditio, *l. 8. ff. de contr. empt.* Vel  
quæ quidem in commercio humano fuerunt, ast tēpore celebra-  
tæ emptionis amplius non erant, harum itaque rerum perem-  
ptarum venditio quoq; est nulla, *l. 15. pr. l. 44. ff. d. t. quemadmo-*  
*dum declaratur exemplo domus combustæ in l. 57. ff. eod.* Vel  
quæ existunt quidem, in hominum tamen commercio non  
versantur, neq; etiam possideri, usucapi, æstimari, aut alienari,  
aut alicujus esse possunt; *l. 23. §. fin. l. 30 §. 1. ff. de acq. poss. l. 9. §. fin. ff.*  
*de R. D. §. 1. J. de usucap. c. 3. sine possessione de R. I. in 6.* ideoque  
quia ea, quæ nullius esse possunt, nullà effici potest obligatione,

ut alicujus fiant, l. 182. ff. de R. I. etiam regulariter emi vendique  
nequeunt de jure tam Canonico, c. 5. nulli. Extr. de reb. Eccl. alien.  
quam Civili, l. 14. 21. 22. & Auth. hoc jus porrectum. C. de SS. Eccl.  
Nov. 7. pr. & 120. & 8. J. de R. D. l. 6. pr. ff. de contr. empt. l. 83. § 5. ff.  
de V. O. Scienter verò has res emens reddere eas cogitur absque  
refusione pretij dati, l. 14. §. 1. C. de SS. Eccl. Hæc; sunt vel Ho-  
mines liberi, qui ab alio neque vendi, neq; ab aliquo scienter  
emi & usucapi possunt, l. 6. pr. l. 34. §. 2. l. 70. ff. de contr. empt. §. 1.  
J. & l. 9. ff. de usurpat. & usucap. arg. l. 83. §. 5. ff. de V. O. Libertas  
enim non recipit æstimationem, aut certum pretium, quod ta-  
men in hoc contractu necessariò requiritur, l. 106. l. 176. §. 1. ff.  
de R. I. §. 7. vers. sed cum. J. qui & quib. ex caus. manum. l. 7. in fin. ff.  
de his, qui effud. l. 3. ff. si quadr. paup. fer. dic. l. 2. §. 2. vers. corporum  
liberorum, ff. de L. R. de jact. l. 103. ff. de V. O. Nec etiam, si fortè liber  
homo factus fuerit servus, ullo modo potest vèdi, l. 83. §. 5. ff. de V.  
O. Nisi major 20. annis passus se vendi, particepsq; fuerit pretij, §.  
4. J. de I. P. l. 7. pr. & §. 1. ff. de liberal. caus. aut miles hostem suum  
in bello captum vendiderit, qui tamen præstitâ solutione pretij  
pro redemptione sua promissi, redit in pristinam libertatem,  
nec amplius hodie apud Christianos efficitur propterea servus.  
Aut emptor ignorans emerit hominem liberum, l. 4. 70. ff. de  
contr. empt. quia haud facillè liber à servo dignosci potest, l. 5. ff.  
eod. quò casu tamen venditor tenetur emptori ad interesse §.  
fin. J. de empt. vend. aut filij à patre, quem justæ nuptiæ demon-  
strant, l. 5. ff. de in jus voc. propter summæ famis necessitatem  
venditi fuerint, l. 2. C. patr. qui fil. distr. quæ tamen venditio sal-  
tem in vim oppignorationis sub spe redimendi facta esse cense-  
tur, ideoque pretio à quocunque etiam oblato vel æquè bono  
mancipio, emptor tenetur patri venditum filium restituere, d. l.  
2. in fin. Mater autem talem potestatem vendendi non habet,  
quia dicta potestas provenit ex jure & effectu patriæ potestatis  
in filios, quod jus matri de jure civili non competit, §. fin. J. de  
patr. pot. §. 10. J. de adopt. l. 5. C. eod. §. 3. J. de her. qual. l. 4. ff. de curat.  
fur. Nec etiam mancipium Christianum Judæo, sed Judæus  
Christiano potest vendi & emi l. 1. §. 1. C. ne mancip. Christ. Jud.  
**Vel Res Religionis, ut res sacræ, religiøsæ, ac reliquæ tam mo-  
biles**

biles, quàm immobiles omnes, quæ his annexæ, Deoq; di-  
cè dicatæ sunt, it: res ad Xenodochia, aliaq; loca pia pertinent  
res, *Nov. 7 pr. C. 1. Nov. 120. § 8. 9. 7. de R. D. l. 1. 6. 9 ff. eod. l. 3. C. de*  
*SS. Eccl. §. fin. 7. de empt. vend. l. 22. 72 §. 1 ff. de contr. empt. c. 6. quia*  
*clerici. de jur patronat. c. 2. cum ex eo. de reliq. sanct.* Distrahens  
eas incidit in crimen læsæ religionis, *l. 1. C. de sepulcr. viol.* Imò  
in tantum harum rerum alienatio est prohibita, ut licet post ce-  
lebratum contractum profanæ & privatæ fierent, ac in homi-  
num commercium redigerentur, nihilominus esset invalidus  
contractus, quippe qui ab initio vitiosus solo temporis tractu  
non conualescit, *l. 29. 210. ff. de R. l. c. 18. non firmatur, eod. tit. in 6.*  
*tit. 55. pr. vers. quia quod ab initio. F. 2. l. 83. §. 5. ff. de V. O.* Nisi fiat  
redemptionis captivorum gratia, aut ob urgentia debita, aut  
pro alimentis pauperum, *§. 8. 7. de R. D. l. 21. C. Auth. præterea, s.*  
*habeat. C. de SS. Eccl. Nov. 120. c. 1. C. impr. c. 9. cum certis hisce solen-*  
*nitatibus, ut scilicet intercedat 1. solennis tractatio, inquisitio*  
*ac deliberatio, an expediat, 2. Prælati & totius Capituli consen-*  
*sus, l. 11 ff. de S. P. R. 3. Clericorum & Capitularium subscriptio,*  
*c. 8. Extr. de his, que fiunt à Prælat. c. 52. sine exceptione. caus. 12. q. 2.*  
*quæ conjunctim & copulativè requiruntur, neque alteram in-*  
*tervenisse sufficit, Extr. ad. comm. de reb. Eccl. non alienand. Auth.*  
*hoc jus porrectum. vers. in ceteris. C. de SS. Eccl. c. 8. §. 1 Extr. de reb.*  
*Eccl. alien. Clementin. c. 1. C. in c. 1. de reb. Eccl. non alien. in 6. c. C.*  
*sacrorum. 15. c. aurum. 70. caus. 12. q. 2. c. liberti, 65. §. pro remuneratio-*  
*ne. cum cap. prox. seqq. caus. 12. q. 2. cap. per tuas. 5. Extr. de donat. c.*  
*7. C. 12. de testam. junct. arg. l. 25. §. 11. ff. de her. pet. quo casu tamen*  
dominium harum rerum non facile, sed potius earum redditus  
ac fructus conceduntur. Aut ematur ab ignorante, *l. 4. ff. de contr.*  
*empt.* quo casu contractus quidem nihilominus annihilatur,  
attamen emptor ignorans contra venditorem scientem ad con-  
sequendum interesse agere & solutum condicere potest, *l. 23.*  
*62. §. 1. ff. eod. §. fin. 7. eod.* Aut res sacra accesserit majoris partis  
venditioni, *l. 24. ff. eod. l. 62. ff. de A. R. D.* quo casu etiam non res  
ipsa, nec ejus dominium, sed usus saltem, si quis privatus ejus est,  
jure accessionis vel opportunitatis in emptorem transit. Vel  
Defensionis, ut res sanctæ, muri videlicet, portæ, turres & alia  
ad

ad defensionem munitionemq; adversus hostes exstructa, l. 7. 10.  
J. de R. D. l. 1. 8 ff. eod. l. 2 ff. ne quid in loc. sacr. Vel opportunitatis,  
ut loca publica, & res Vniversitatis ad usum publicum disposita,  
v. g. balnea, portus, theatra, fora, inambulationes publica &c, l. 1. pr. ff. § 6. J. de R. D. §. fin. J. de empte. vend. §. 2. J. de in-  
est. stip. quæ, quia non in pecunia Populi, sed in usu tantum sunt  
publico, etiam in hunc contractum venire nequeunt, l. 9. 45. ff.  
de usurp. §. usuc. l. 6. l. 22. §. 1. l. 72. § 1 ff. de contr. empt. Nisi tales  
res minoris sint pretij, & majus Reip. aut Ecclesiæ commo-  
dum ex earum venditione procurari possit, & vendantur cum  
solemnitatibus descriptis in l. fin. C. de vend. reb. Civit. c. 52. sine  
exc. caus. 12. q. 2. c. 8. §. possessiones Extr. de reb. Eccl. non alien. Usus  
tamen earum, quia ad privatos pertinet, potest vendi, l. 32. ff.  
de contr. empt. Prohibitum quoq; est, hostibus sub pœna capi-  
tali & confiscationis omnium bonorum, omnia genera armo-  
rum, esculenta & potulenta vendere, ac frumentum exercitui  
missum emere, l. 1. 2. C. quæ res export. non deb. l. 4. ff. ad L. I. M. l. 4.  
C. quæ res vend. non poss. Venena ad toxicandum hominem præ-  
parata, secus tamen, si facta sint salutaria, l. 35. §. 2. ff. de contr.  
empt. l. 3. pr. ff. ad L. C. de fidej. Res furtivæ ac vi captæ à sciente  
aut admonito, ne emerent, emi nequeunt, & si quis nihilominus  
emerit, tenetur eas, tanquam fraudis particeps, vero Domino  
absq; pretij refusione restituere, ut dictum in venditione rei alie-  
na, inciditq; in criminis suspicionem, l. 34. §. 3. ff. de contr. empt.  
l. 2. C. de furt. l. 7. 10. §. 2. 3 ff. quæ in fr. cred. Nisi vel pretium, vel  
res pro pretio empta adhuc extet in bonis venditoris & debito-  
ris, l. 8. ff. d. r. aut hac protestatione eas res emat, quod non suo,  
sed ejus, cujus res sunt, nomine velit emere, paratumq; esse ei  
quovis tempore, restituto prius pretio & interesse, restituere.  
Si quis tamen ignorans & bonâ fide emerit tales res, tunc tene-  
tur exhibere venditorem, ac contra eum etiam experiri ad con-  
sequendum id, quod interest ejus, ne decipiatur, arg. §. fin. J. de  
empt. l. 34. §. 3. ff. de contr. empt. nec potest eam quoq; usucapere,  
§. 23. J. de usucap. l. 5. C. de furt. Res vero mobiles in bello ab ho-  
stibus captæ benè à militibus vendi, ac ab alijs emi possunt,  
quia justum earum rerum accipiunt dominium. Li-  
giosa res, de quibus scilicet lis & controversia orta est,  
ræst,

Sub poena restitutionis rei emptæ & amissionis pretij, si  
sciente fuerint emptæ, si verò ab ignorante, tunc irrita redditur  
venditio, & pretium cum tertia alia parte recuperat emptor,  
*Auth. litigiosa. l. 2. 4. C. & l. 1. 3. ff. de litig. c. 1. Nov. 112.* ne eo modo  
duriorem adversarij conditionem facere liceat. Existit autem  
litigiosa res non per denunciationem aut interdictionem fa-  
ctam à debitore, ad impediendam venditionem pignoris, *l. 1. pr.  
ff. & l. 1. C. d. t.* Sed in actionibus realibus per citationem *in pr. c.  
1. Nov. 112.* in personalibus per litis contestationem, *l. 2. C. d. t.*  
De jure enim Civili per litis contestationem demum judicium  
inchoatur, *l. 25. ff. de R. V. l. 15. ff. rem. rat. hab. l. 1. C. de lit. contest.*  
Sic nec res restitutioni obnoxia emi potest, *l. fin. §. 2. 3. & seq.  
auth. C. commun. de legat.* Nec dignitates & honores, ne ijs indi-  
gni & immeriti condecorentur, ac insignia prostituantur *Nov.  
6. c. 1. §. 9. & Nov. 8. c. 7. Nov. 24. in pr. c. 2.* Nec prædium, omnesq; res  
inæstimatæ, tam mobiles, quæ servando servari possunt, quàm  
immobiles dotales, aut in donationem propter nuptias datæ, à  
marito vel sponso, uxore etiam aut sponsa consentiente & ju-  
rante, de jure Civili rectè alienari aut vendi possunt, *l. 3. 4. ff. de  
fund. dot. l. un. §. 15. vers. hoc tantummodo. C. de rei ux. act. l. 7. §. 16.  
ff. de pact. Auth. sive à me. C. ad SC. Vellei in fin. pr. 7. quib. alien. lic.  
c. 1. §. 1. 2. Nov. 61. l. 5. vers. nullum pactum. & in fin. C. de LL. Ratio  
in d. fin. pr. 7. & d. l. & §. verb. ne fragilitate. C. de rei ux. act. in pr.  
c. 1. vers. non erit conveniens. Nov. 61.* Nisi uxor elapso biennio  
consensum reiterarit, simulq; ex alijs bonis mariti pro dote &  
donatione propter nuptias ei quoque satisfieri possit, *Auth.  
sive à me. D. ad SC. Vellei. c. 1. §. 1. in fin. & §. 2. 3. Nov. 61. l. 30. vers.  
omnis autem. ibi, opulentis quidem maritis. C. de jur. dot.* Aut res  
mobiles, quæ servando servari nequeunt, alienentur à marito,  
*l. 42. ff. de jur. dot.* Aut res dotales æstimatæ fuerint, tunc enim  
maritus est qs. emptor istarum rerum, *l. 10. C. eod.* ac propterea  
dominium ac periculum omne penes eum, *l. un. §. 9. in fin. & §.  
15. vers. tamen eam. C. de rei ux. act.* Aut summa famis necessitas  
urgeat maritum ad istarum rerum venditionem pro sustenta-  
tione tantùm conjugis suæ & liberorum, *arg. l. 2. C. de patr. qui fil.  
distr.* Aut alia necessaria causa, *l. 1. ff. de fund. dot. ubi tamen o-  
ptimè aget, si adhibeat præviam hujus causæ necessariæ cog-  
nitio.*

Conem iudicisq; decretū, quemadmodum in alienatione rerum  
pupillorum & minorennium fieri debet, l. 3. §. ff. de reb. eor.  
qui sub tut. & cur. l. 25. C. de ad min. tut. & cur. Res propria ab  
emptore tam sciente quam ignorante emi non potest, & si e-  
merit, venditorique iusserit, ut alij traderet, dominium tamen  
in hunc non transfertur. l. 45 ff. de R. l. l. 16. pr. & 15. §. 2. ff. de contr.  
Ept. l. 4. 10. C. eod. Ignorans etiam solutū pretium, quia nulla fuit  
obligatio, à venditore tam sciente, quam ignorante repetere  
potest per conditionem indebiti, l. 16. pr. ff. d. t. & l. 37. ff. de con-  
dict. indeb. Res enim non nisi ex una causa fieri potest nostra,  
neque aliud jus in re nostra habere possumus, quam dominium  
& proprietatem, l. 5. pr. ff. si usufr. pet. nec etiā rem aliam ob cau-  
sam emimus, quam ut nobis ejus dominium & proprietatem  
acquiramus, quod autem jam nostrum est, id amplius no-  
strum fieri non potest, licet sapius deberi, §. 14. 7. de act. §. 10. 7.  
de legat. 14. §. 2. de except. rei judic. nisi quis fortasse rei suæ pos-  
sessionem seu plenum dominium, aut jus, quod fortè venditor  
in re sua habet, emat, l. 16. §. 1. l. 34. §. 4. ff. de contr. empt. l. 28. ff. de  
acq. poss. aut sub conditione, l. 61. ff. de contr. empt. Aut res qui-  
dem ejus sit, sed tamen onerata, tunc enim non videtur rem  
ipsam emisse, sed liberasse ab onere, ut post hac pleno jure sit  
ipsius emptoris, exemplo legata rei propria. l. 21. §. pen. & ult.  
ff. de legat. 1. Res immobiles pupilli & minoris regulariter sine  
decreto Magistratus, etiam si ex venditione pupillo evidens ali-  
qua utilitas, quæ sola non est sufficiens, & justa alienandi causa,  
proveniat, tutores Curatoresve tamē vèdere, nō possūt. l. 5. §. 14.  
l. 13 ff. de reb. eor. qui sub tut. l. 6. 11. 12. 17. C. de præd. & alijs min. reb.  
sine decr. non alien. l. 23. vers. precipimus & vers. nec verò. C. de ad-  
min. tut. Veri enim Domini non sunt, sed tantūm vice Do-  
mini ratione administrationis, si eam benè, non malè, gerant,  
jure habentur l. 7. §. 3. ff. pro empt. l. 11. §. 7. ff. quod vi aut clam. l. 27.  
ff. de admin. tut. l. 56. §. 4. ff. de furt. Ita ut, licet imprudentes tu-  
tores ejusmodi res immobiles vendiderint, pretiumque acce-  
ptum creditoribus paternis pupilli vel minoris solverint, ta-  
men illis vindicatio competat, si ex cæteris facultatibus res ali-  
quum potuisset solvi, l. 13. §. 2. §. 6. ff. de reb. eor. qui sub. tut. Accu-  
rata



rata autem inquisitio & probatio causæ, quæ necessitatem inferit, hoc Magistratus decretum præcedere debet; Non enim Magistratui liberum est arbitrium distrahendi res pupillares, nisi ære alieno urgente, quod aliunde solvi non potuit, aliàs non modo venditio rerum erit invalida, sed & nullum decretum, ita ut si pupillus vel minor postea probaverit, decretum Magistratus ad concessam alienationem datum fuisse obreptum, nihil secius illis maneat actio, *l. 1. §. 2. l. 5. §. 9. 10. 11. 14. l. 15. §. 1. ff. de reb. eor. qui sub tut. l. 2. §. 1. ff. de off. ejus. cui mand. est juris d. l. 22. C. de adm. tut. l. 6. 9. 12. C. de præd. & alijs reb. min. sine decr.* Nec res quoque mobiles, quæ servando servari possunt, v. g. gemmæ, aurum, argentum factum, cæteraque pretiosa mobilia, melius enim est habere sua bona paterna, quam ob pecuniæ fragilitatem & mutabilitatem pretium eorum, *l. 22. C. de admin. tut.* Ast ea mobilia, quæ servando nequeunt servari, possunt vendi, utpote atritæ vestes, animalia supervacua, *l. 4. C. quando decr. opus non est. d. l. 22.* It. fructus ex immobilibus percepti, justo ac eo in loco currente pretio, ubi venduntur, nec tamen necesse habent tutores & curatores, ut aliorum eos avehant, ubi fortassis majus possunt accipere pretium, *l. fin. §. fin. C. de adm. tut.* Valida etiam est rerum minorum alienatio sine Magistratus decreto, si fiat vel ex voluntate & dispositione eorum, quibus successerunt, vel testamento sit declarata *l. 1. §. 2. l. fin. ff. de reb. eor. qui sub tut. l. 1. 3. C. quando decr. opus non est.* non autem hoc casu sufficit, patrem in vita sua eas res habuisse venales, sed requiritur expressa alienandi dispositio in ultima voluntate patris *d. l. 1. §. 3. ff. eod.* Aut si alia fuerit prægnans & obligatoria causa, ex qua validè conveniri potuisset minor, *l. 5. §. 6. 7. l. fin. ff. de reb. eor. qui sub tut.* Vel Principis concessione, *l. 2. C. quando opus non est.* Vel ex necessitate juris *l. 1. §. 2. in fin. l. 3. §. 1. d. 7. §. 1. ff. de reb. eor. qui sub tut. l. 2. vers. quod si. l. 17. C. de præd. & alijs reb. minor. non alien.* Aut si pupillus vel minor factus major venditionem immobilium à tutoribus vel curatoribus sine decreto Judicis celebratam, habuerit ratâ *l. 1. 2. 3. C. si maj. fact. al. sine decr. Jud. rat. hab. l. 3. §. 1. ff. de min.* Per testamentum autem prohibetur venditio, si res alicui testamento datur sub

G

hæ

Hac conditione, si non alienaverit; Vel per modum, cum re-  
linquitur res aliqua eâ lege, ne alienetur, sed ut conservetur  
in expressâ familia & agnatione, *l. 114. §. 14. de legat. 1. l. 3. §. 4. l. 93. ff. de legat. 3. l. fin. C. de reb. non alien. l. 69. §. 3. ff. de legat. 2. Pa-  
ctio & conventio contrahentium prohibetur deniq; ven-  
ditio, si in translatione rei suæ hanc legem addunt, ne res vel  
simpliciter, vel in certas personas alienetur, *l. 135. §. 3. ff. de V. O. l. 3. C. de condit. ob. caus. junct. l. 48. ff. de pact. l. fin. C. de reb. non ali-  
en. l. fin. C. de pact. inter empt. & vend. l. 5. C. si mancip. ita fuerit ali-  
en. Nov. 120. c. 9. in pr.* Venditarum autem rerum omnium tra-  
denda est emptori possessio vacua, libera neminique serviens,  
**Hine freye / ledige / unverpfändte / stille und geruhige ge-  
währ und possession,** quæ scilicet à nemine detinentur vel  
possidentur, *l. 2. §. 1. l. 3. §. 2. ff. l. 8. C. de act. empt. l. 78. §. 1. ff. de contr. empt. l. 12. C. de probat. l. 18. ff. de vi & vi armat.* In nostro enim  
contractu hoc agitur, ut dominium rei emptæ accipiamus, *l. 80. §. 3. de contr. empt.* quod sola obligatio tamen in emptorem non  
transfert, sed requiritur traditio h. e. datio possessionis, quæ ni-  
si sit vacua, etiam non transfert, *pr. §. de obl. l. 2. in pr. ff. de O. & A. l. 20. C. de pact. l. 2. C. de acq. poss. l. 3. §. 3. ff. de act. empt.* neque etiam  
usucipi potest *l. 25. §. 7. de usurp. & usuc.* Res, quoad fieri potest, sint  
quoque integræ, non morbosæ & vitiosæ. Non solum enim  
tradenda est res, ita ut eam emptori habere liceat, sed etiam,  
quò eam rectè habere liceat, ac in sua naturali bonitate, quæ  
est vendita, reliquenda, nec miscendo aut confundendo dete-  
rioranda, aut alia pro alia substituenda & minuenda, animalia  
sana præstanda, & in eorum venditione promittendum, ea &  
esse & bibere ut oportet, *l. 11. §. 4. ff. de act. empt. l. 38. pr. ff. de edil. ed.* Propterea ut hoc nomine cautum sit emptori, duplex ex Edi-  
cto Aedilitio contravenditorem constituta est actio: Prima  
est ad redhibendum actio, *l. 1. §. 38. ff. d. 1.* per quam obvitiosam  
rem, aut non talem, qualem venditor affirmavit, prorsus re-  
scinditur venditio, perinde ac si contractus nunquam fuisset,  
redditâ re venditâ & pretio recepto, cæterisque omnibus in in-  
tegrû restitutis, *l. 21. 23. 27. 60 ff. eod.* Jure autem civili redhibitoria*

In factum actione emptor pro omnibus vitijs corporis alienatis ac internis, neque apparentibus, quæ omnia venditor sciens significare debet non autem pro patentibus & externis ut in porcis die *Sinnen* in ovibus scabies, l. 1. §. 1. & 9. *vers. interdum tamē* l. 43. pr. l. 48. §. 3. l. 51. ff. eod. experiri potest. Tempus huic actioni præfinitum sunt 6. menses utiles, l. 19. §. fin. l. 38. ff. eod. l. 1. ff. de divers. temp. pr. aser. Altera emptori ob vitium rei venditæ per spatium anni utilis competens actio ex edicto ædilitio dicitur æstimatoria, quæ etiam quanti minoris appellatur, quâ agitur, ut quanti pluris emptor rei vitium ignorans emit, venditor etiam ignorans reddere cogatur, l. 19. §. 6. l. 38. pr. ff. de edil. ed. l. 2. C. eod. (D.) Pretium enim, quod ex parte emptoris intervenit, adeo est necessarium, ut sine eo nulla emptio & venditio consistere possit, cum sit de ejus substantia l. 1. 2. §. 1. l. 72. ff. l. 9. ff. de contr. emp. l. 7. C. de R. P. in fin. pr. & §. 1. 2. §. 7. de empt. vend. Alit emptio uno nummo celebrata est nulla, & tantum imaginaria, ac pro infecta habetur, arg. l. 10. §. fin. ff. de acq. poss. & l. 46. ff. de loc. conduct. l. 55. ff. ff. de contr. empt. l. 16. ff. de R. I. Nummus enim opponitur justo pretio, & pretium non est, d. l. 10. & l. 46. sed potius donatio, nisi res forsan non sit majoris pretij: Dictum autem pretium i. sit præcisè, quoad obligationem constituendam & intentionem contrahentium, in pecunia numerata constitutum (hoc enim modo differt hic contractus à Permutatione, in qua res datur pro re l. 1. §. 1. ff. & l. 9. C. de contr. empt. §. 1. 2. §. eod. l. 1. ff. de R. P. l. 6. ff. de prescr. verb. & à contractibus inominatis, Do ut facias, facio ut des, facio ut facias, do ut des, licet enim in hisce vocabulum venditionis etiam usurpetur, sit id tamen impropriè.) tempore scilicet ipsius conventionis, d. §. 2. §. 7. arg. l. 2. ff. de R. C. non solutionis, l. 9. C. de contr. empt. pretium enim in contractus initio, quod semper attendi debet, in fin. pr. l. 8. ff. mand. l. 1. §. 30. in fin. ff. de pos. conventum postea partibus consentientibus, potest in alia materia, quàm pecunia, persolvi, l. 2. §. 1. ff. de contr. empt. l. 9. C. de resc. vend. pr. §. quib. mod. toll. obl. Aut ob necessitatē, per Auth. C. de solut. Legem enim non habet necessitas, l. 5. §. 11. ff. de op. nov. nunc. nec etiam in argumentum trahenda sunt, quæ fiunt ex necessitate, l. 162. ff. de R. I.

Si verò ex una parte certa datur species, ex altera pecunia & species, tunc observandum venit, quid inter partes principaliter fuerit actum, *juxta pr. l. 34. ff. de R. I. l. 31. ff. de O. & A. l. 4. ff. de R. C.* ac exinde vel emptio, vel permutatio dicenda erit conventio, *l. 6. §. 1. ff. de act. empt. s. 6. ad quaestiones. Extr. de R. P.* aut si non constat, quid sit gestum, videntum erit, quid prævaleat, pecunia an species, ac exinde dignoscenda conventio, *arg. l. 10. ff. de stat. hom.* Si verò nec de prævalentia constat, per mutationis contractus censetur. Quoties enim de nomine alicujus contractus dubitatio oritur, præsumitur esse innominatus, *l. 1. ff. de estim. act. 2.* Sit certum & definitum, licet ejus numeratio non statim sequatur, *pr. §. 1. ff. de empt. vend. l. 2. §. 1. ff. de contr. empt.* Incertum enim pro nullo habetur, & pretio non accedente, emptio quoque fit nulla, *l. 16. ff. de R. I. d. pr. in fin. §.* sed contractus innominatus, *l. 22. ff. de præscr. verb.* Hoc autem non solum ex nomine, verum etiam ex certa demonstratione, quæ vicem nominis sustinet, certum præsumitur, *l. 6. ff. de R. C. l. 6. §. 1. ff. de re judic.* si enim ejus quantitas fuerit expressa & determinata, v. g. hunc hortum, vel hoc prædium vendo tibi 300. floren. vel 600. imperial. Aut venditus sit tibi hic equus, quanti ipse emi, *l. 37. ff. de contr. empt.* Aut tanti, quantum pretij est in cista vel marsupio meo, *l. 7. §. 1. ff. eod.* Hoc enim modo pretium per rerum naturam non est incertum, sed tantum in quoad nos, quos fugit, quanti sit emptum, & quantum sit in arca vel marsupio, *d. l. 7. §. 1.* sicque obligationem non impedit, *l. 37. ff. de R. C. §. 6. in fin. §. de V. O.* Aut si postea nihil in cista vel marsupio invenitur, perit contractus, *l. 37. ff. de contr. empt.* Nec etiam incertum reputatur pretium à partibus in arbitrium tertij collatum, quanti scilicet ille æstimarit, *§. 1. ff. de t. l. fin. C. eod.* illud enim dicitur certum, quod arbitrio tertij commissum est, si modò tertius iste ad hoc certus, ac specificè quoque denominatus & electus fuerit, *d. §. 1. ff. de t. l. fin.* quia alias contrahentes, cum homines naturâ ad dissentendum sint faciles, *l. 17. ff. de recept. arbitr.* quàm facillimè possent disceptare in eligendo tertio: Ac pretium quoque definire voluerit, (est enim ejus officium voluntarium, *§. 1. in verb. noluerit. ff. de t. l. 32. §. 1. l. 48. ff. de recept. arbitr.*) ac potuerit,

ali

aliàs emptio redditur quoque nulla, d. §. 7. l. fin. C. eod. l. 44.  
ff. de V. O. Cujus arbitramento postea est standum, nec ab ea  
recedendum, d. §. 5. vers. 7. eod. l. 27. §. 2. ff. de recept. arbitr. l. 43. ff.  
de V. O. l. 25. pr. ff. loc. conduct. d. l. fin. C. eod. licet pluris vel minoris  
æstimarit, d. l. 27. §. 2. ff. eod. à Judice enim arbitramentum tan-  
quam injustum propter modicam læsionem non corrigitur,  
l. 4. ff. de in int. rest. l. 54. ff. de contr. empt. Nisi manifesta ejus appa-  
reat iniquitas, quo casu ad arbitrium boni viri seu æquitatem  
esset reducendum, l. 22. §. 1. ff. de R. l. l. 78. 79. ff. pro soc. l. 24. pr. ff. loc.  
cond. l. 30. pr. ff. de oper. libert. quia contractus hic est bonæ fi-  
dei, ut supra in §. 1. lit. G. dictum fuit, quæ summam requirit  
æquitatem, l. 31. pr. ff. de pos. Non enim de tali hic sermo est arbi-  
tro, in quem ex compromisso itum est, cui parendum, sive  
æquum sive iniquum arbitratus fuerit, l. 76. ff. pro soc. l. 27. §. 2. ff.  
de rec. arb. Collatum autem in emptoris arbitrium est invali-  
dum, ac emptio quoque prorsus non consistit, l. 7. pr. l. 35. §. 1. ff.  
l. 13. C. de contr. empt. quia aliàs contrahentes nullâ obstringe-  
rentur necessitate, d. l. 7. §. l. 13. Dicta tamen illa venditio in  
arbitrium tertij collata dicitur conditionalis, nec aliter valet,  
quàm si arbiter electus definierit pretium, §. 1. 7. l. fin. C. eod. l. 25.  
pr. ff. loc. cond. fructus quoque ante pretij declarationem perce-  
pti adhuc cedunt lucro venditoris, non emptoris, arg. l. 17. ff. de  
R. l. l. 43. §. 2. ff. de legat. 2. Nec incertum quoq; censetur pretium,  
quod demum ex futuro eventu certum fieri potest, cum scili-  
cet rustici pistioribus ante messem vendunt frumenta sua, vel  
vinitores vinarijs ante vindemiam vinum, eo pretio, quo mense  
Novembri communiter in foro valebit, nisi postea insolita  
existat annonæ vel vilitas, vel caritas, quo casu ad summam im-  
moderatam non valet emptio venditio, arg. l. 63. pr. ff. ad L. Fal-  
quia æqualitas sit inter mercem & pretiû, in pr. l. 1. de contr. empt.  
aliàs saperet Locationem, quantitas enim pretij emptionem  
distinguit à locatione: Nisi quid specialiter inter contrahe-  
ntes de caritate & vilitate existente fuerit conventum. 3. Sic  
justum, hanc enim ob causam inventus est nummus, ut omnia  
redderet commensurabilia, ac inter rem & pretium legitima  
esse posset proportio, quæ licet non prorsus condigna obser-  
vari

pari poterit, modo sit talis, quæ non excedit dimidiam justæ præ-  
cij partem, l. 2. in fin. C. de resc. vend. l. 3. C. comm. utr. jud. ob modi-  
ca enim, quæ in jure non curantur, nullis quæ equiparantur, c. 9.  
licet causam. vers. quod eorum dictis. Extr. de probat. l. 4. ff. de in-  
int. rest. l. 8. vers. hoc enim solum. C. de resc. vend. Judicem inquit  
sare & contendere inhonestum est, l. 25. §. 6. vers. alioquin modi-  
cum ff. loc. cond. c. 2. Nov. 24. ac à Lege etiam, maxime in his con-  
tractibus, ubi par est conditio, ob naturam negotij & commer-  
ciorum tam ad excitandam diligentiam, quam ad expellendam  
Incuriam, majusque malum, quod ex contractus rescissione  
oriri posset, evitandum, contrahentibus permissum est se in-  
vicem circumvenire, l. 22. §. 3. ff. loc. cond. l. 16. §. 4. ff. de minor. l. 8.  
c. 1. C. de resc. vend. ut quando emptor & venditor uterque  
ignorans, iste justo majus pretium solvit, hic imponit & acci-  
pit: nec tantummodo ex ignorantia hoc contingit, sed inter-  
dum etiam utroque vel alterutro sciente. Animus enim omni-  
um est vili emere & care vendere, d. l. 8. alias, sublatâ spe lucri  
mercatura frigeret, l. 25. §. 1. ff. de O. & A. Venditor namq; scit  
emptorem pretium justo minus oblaturum, emptor vicissim  
venditorem ea de causa illud intensurum, hinc accidit, ut  
nonnunquam oriatur circumventio, non quidem ex animo  
circumveniendi, sed ex re, cujus æstimatio certa & constans  
haberi nequit, sed pro ratione temporis, loci & ejus copia, aut  
ex singulari affectione variatur, ut interdum res pretiosa pretio  
etiam vilissimo acquiri & comparari possit, l. 66. ff. de jur. dot.  
Sed si fiat ex doloso proposito, quod præsumitur ex nimia læ-  
sione, l. 5. §. sanè C. de dol. mal. l. 17. §. 1. ff. que in fr. cred. & à læso  
edoceri possit, l. 6. C. de dol. mal. tunc vel prorsus rescinditur  
contractus, vel supplendum est id, quod deest, l. 2. §. 8. C. resc.  
vend. l. 3. C. comm. utr. judic. l. 13. §. 4. ff. de act. empt. arg. l. 23. ff. loc.  
cond. c. 3. Extr. de empt. & vend.

THESIS. IV.

Perfecta Venditione & Emptione (A) statim  
commodum & periculum seu incommodum  
rei venditæ pertinet ad Emptorem, licet neque  
ejus traditio, neq; pretij solutio facta sit, (B.)

(A) Ex

(A) Ex cognita enim perfectione & imperfectione huius  
contractus demum iudicium commodè fieri potest de com-  
modo & incommodo seu periculo rei quidem vendita, non-  
dum tamen tradita, cuiusmodi illud propriè competere debeat.  
Hæc autem cognitio dilucidior fieri nequit, quam ex *pr. f. de  
empt. vend. l. 35. §. 5. ff. de contr. empt. l. 8. pr. ff. de per. & comm. rei  
vend. ac ex d. 2. supra posita*, ubi dicitur, quod venditio sine scri-  
ptis & purè celebrata, censeatur quoad obligationem perfecta,  
quando *argum. l. 1. vers. in omnibus rebus ff. de O. l. contractus  
omnia sua habet substantialia*, ut cum præter consensum in præ-  
sentem contractum *secundum d. l. 8.* apparet venditi quidditas,  
qualitas & quantitas, ac pretium quoque pro re vendita cer-  
tum & determinatum: rei n. æstimatio operatur, ut dominium  
& periculum in emptorem videatur translatum, *arg. l. un. §. 9. in  
fin. C. de rei ux. act.* Præter hæc dicta autem ad venditionem in  
scriptis factâ requiritur quoque scripti seu instrumenti absolutio,  
ut patet ex *d. pr. f. §. 1. 17. C. de fid. instr. & d. d. 2. lit. A.* Ad conditio-  
nalem existentia & impletio conditionis, *d. l. 8. pr. §. 1. 7. ff. de contr.  
empt. plura videri etiam possunt in d. d. 2. lit. D. (B.) §. 3. 7. de empre.  
vend. l. 1. pr. l. 7. 8. pr. l. 11. ff. §. 1. 2. §. cum autem. l. 4 5. 6. C. de per. &  
comm. rei vend. l. 5. §. 2. ff. de resc. vend. l. 10. in fin. ff. de her. vel act.  
vend. l. 35. §. 4. ff. de contr. empt. l. 12. 13. C. de act. empt. l. 3. C. de adil.  
act. l. 39. in fin. ff. de sol. l. 14. in pr. fin. ff. de furt. l. 10. ff. de R. l.* In  
venditione, scilicet purè, tam in, quam sine scriptis, ac in specie,  
& rebus non in numero, mensura vel pondere consistentibus  
celebrata, adeo ut, licet res vendita prorsus pereat, nisi ejus in-  
teritus, ipsis contrahentibus inscijs, præcesserit perfectionem  
venditionis, *per l. 8. 15. 57. pr. ff. de contr. empt. emptor tamen ad in-  
teresse agere, aut pretium recusare, aut solutum repetere ne-  
queat, d. §. 3. 7. eod. l. fin. ff. de condi. caus. dat. caus. non sec. l. 21. ff. de  
her. & act. vend. etiamsi venditor usque ad pretij solutionem,  
rem venditam, tanquam pignus, etiam possederit, l. 13. §. 8. ff. de  
act. empt. l. 6. C. de pign. act. nisi inter partes conventum fuerit,*  
quod venditor solam suam fiduciam & respectum ad rem  
venditam, non etiam unâ ad personam emptoris habere velit:  
aut per conductionem retinuerit, *l. fin. ff. de per. & comm. rei vend.*  
Com.

Commodum n. etiā omnē, quicquid post emptionem perfectā  
rei venditæ accedit, ad eum quoque spectat, d. § 3. 7. eod. l. 7. ff.  
l. 1. C. de per. & comm. rei vend. l. 13. 16. C. l. 13. §. 13. 18. ff. de act. ept.  
l. 67. ff. de R. V. ac perfectā emptione quoq; ipsius rei Dominus,  
cui res regulariter perire solet, l. 9. C. de pign. act. fit, omnesq; ex ea  
fructus capit, l. 13. C. d. r. non quidem verus quoad possessionem,  
nec etiam res propriè alienata, rectè tamen vendita dicitur,  
quæ adhuc antetraditionē in veditoris manet dominio post ce-  
lebratum contractum, §. 41. J. de R. D. §. 3. in fin. J. de empt. & vend.  
l. 6. C. de her. & act. ven. l. 67. ff. de V. S. sed rātim intellectu & fictio-  
ne juris quoad obligationem pro Domino habetur, ac hujus  
fictionis respectu statim etiam rei emptæ traditionem petere  
potest, quia habens actionem ad rem, ipsam rem habere & per  
consequens ipsius rei Dominus esse dicitur, l. 143. ff. d. 2. l. 15. ff.  
de R. I. Si itaq; erit in mora petendi, tunc sibi ipsi, non alijs id,  
quod ex mora & culpa sua sentit, imputet, l. 155. pr. l. 173. §. 2. ff. de  
R. I. c. 86. damn. eod. in 6. l. 5. ff. de R. C. l. 37. ff. mand. l. 12. §. 3. ff. de  
pos. l. 4. in fin. pr. ff. de per. & comm. rei vend. Nec etiam venditor  
est generis debitor, nisi res in genere fuerit vendita, v. g. equus,  
bos, domus, quo casu aliàs ad ipsum pertineret periculum, l.  
14. pr. ff. de per. & comm. rei vend. quia genus perire non po-  
test, l. 11. C. si cert. per. sed speciei l. 43. ff. de pact. qui liberatur rei  
interitu, quando sine ejus dolo, mora & culpa contigit, l. 23.  
ff. de R. J. l. 23. ff. de V. O. l. 5. ff. de R. C. si modò custodiam usque  
ad rei traditionem præstiterit, l. 14. in fin. pr. ff. de furt. §. 3. J. de  
empt. & vend. l. 1. §. 1. l. 2. §. 1. ff. de per. & comm. rei vend. l. 36. ff.  
de act. empt. & quidem talem, qualem præstant commodatarij  
& boni patresfamilias, l. 3. ff. de per. & commun. rei vend. l. 35. §.  
4. ff. de contr. empt. Item in venditione hereditatis & actionum,  
omne quoque emolumentum & periculum, nisi sibi per aliam  
conventionem de harum periculo caverit, pertinet ad empto-  
rem, l. 2. §. 9. l. 4. ff. de her. & act. vend. Sic etiam in emptione re-  
rum in numero, mensura, aut pondere consistentium, ut sunt  
boves, aves, vinum, oleum, frumentum, argentum & similia,  
quorum alia in vendendo appendimus, alia adnumeramus,  
alia admetimur, & quidem per aversionem factā sine ulla men-  
tiō.



tionem de adnumeratione, adponderatione & admensuratione, ac ut propter fiduciam venditori habitam non prius degustentur, l. 1. §. 1. l. 4 §. 1. pr. ff. l. 2. C. de per. & comm. rei vend. l. 35. §. 5. l. 62. in fin. ff. de contr. empt. In venditione verò dictarum rerum factâ sine averfione, & ad adnumerationem, adponderationem & admensurationem, ut appareret earum quantitas emptâ, l. 1. §. 4. in fin. ff. de per. & comm. rei vend. l. 34. §. 5. ff. de contr. empt. cum adjectione certi diei, quo res debent adnumerari, adponderari & adnumerari, aut degustari, ut factâ degustatione possint adprobari vel reprobari, orâne periculum usq; ad destinatum tempus est venditoris, l. 1. & 4. ff. de per. & comm. rei vend. l. 35. §. 7. ff. de contr. empt. nec emptor quoque interim ad degustationem potest compelli, d. l. 4. §. 1. in fin. ff. eod. Ast post degustationem periculum tantum substantiæ, si nim: res prorsus perierit, non qualitatis, acoris aut mucoris scilicet, hujus enim periculum emptoris est, ac custodia sola usque ad mensuram manet apud venditorem, nisi emptor in admensurando moram fecerit, l. 1. §. 1. l. 2. §. 1. l. 3. §. 5 ff. de per. & comm. rei vend. aut venditor sciens bonitatem non duraturam usque ad diem admetiendi vel tollendi, non admonuerit emptorem, sed potius de ea adfirmaverit, tunc enim etiam ad ejus interesse emptori tenebitur, l. 15 ff. d. t. arg. l. 3. C. de adil. act. siquidem talis venditio censetur conditionalis & quoad periculum imperfecta, res etiam tunc demum plenissimè venditæ, si fuerint adnumeratæ, adponderatæ & degustatæ, l. 1. pr. & §. 1. ff. de per. & comm. rei vend. l. 35 §. 5. ff. de contr. empt. Nisi vera traditio, quæ etiam ante mensuram dominium & possessio in emptorem transfertur, fuerit facta, quæ supplet mensuræ defectum, l. 2. C. de per. & comm. rei vend. Dicto autem tempore præterfluxo, si emptor etiam admonitus, tamen nolit recipere adnumerationem, adponderationem & admensurationem, venditori, si ejus interfuerit dolia esse inania, & alia conducere non potuerit, licet, vinum vel alijs bonâ fide vendere, vel effundere, l. 1. §. 3. 4. ff. d. t. Sin venditor in degustando emptorem impediverit, absque omni dubitationis alea periculum ejus erit, l. 4 pr. ff. d. t. Si venditio verò simpliciter absque certo die degustatione

H

tio-

tionis celebrata est, tunc, quia difficile est, ut quisquam sine  
de gustatione precedente emat *l. 4. §. 1. ff. eod.* emptor pro suo ar-  
bitrio degustare potest, & periculum interim est venditoris, *l. 1.  
pr. l. 4. §. 1. ff. eod.* aut si eam nimium distulerit, & a venditore de fa-  
cienda degustatione interpellatus, ulteriore tamen fecerit mo-  
ram, damnum emergens mora ac culpa sua imputabit, *secun-  
dum l. 173. §. 2. ff. de R. l. l. 4. in fin. pr. ff. de per. & comm. rei vend.*  
Nec ob signatio ante degustationem ab emptore facta quic-  
quam venditori prodest, *l. 1. pr. in fin. ff. d. e.* quia ea non modo  
in hunc finem fieri solet, ut res per eam tradatur, sed etiam ne-  
quid summutetur & corrumpatur, *d. l. 1. §. 2.* Facta autem adnu-  
meratione, ad ponderatione, & ad mensuratione, omne pericu-  
lum & damnum transit in emptorem, solaque custodia usque ad  
traditionem praestatur a venditore, cui si nullum certum tem-  
pus est additum, emptori, ne custodia fiat infinita, denuncia-  
tur ad tollendum & auerendum, & quidem vinum ante vinde-  
miam, *l. 1. §. 4. l. 2. §. 1. l. 4. §. fin. ff. d. e.* si adhuc emptor moram fe-  
cerit, tunc damnum ex ea sentiens sibi imputet, *l. 5. ff. eod.* Quod  
si vero venditor etiam periculum in se receperit, tunc quia vo-  
lenti non fit injuria neque dolus *per l. 34. de transact. l. 1. §. 5. ff. de  
injur.* etiam usque ad conventum tempus praestare tenetur, *l. 1.  
pr. ff. de per. & comm. rei vend. l. 3. C. de serv. & aq. l. 43. 48. ff. l. 29. C.  
de pact. l. 34. ff. de R. l.* In venditione cum pacto de retrovenden-  
do, quia emptor interea habetur pro Domino, fructusque omnes  
tanquam Dominus percipit, ideo juxta *l. 10. ff. de R. l.* damnum  
quoque tamdiu ad ipsum pertinebit *l. 7. ff. & l. 1. C. de per. & comm.  
rei vend.* In Conditionali venditione statim existente  
conditione periculum fit emptoris, *l. 8. pr. ff. de per. & comm. rei  
vend.* quemadmodum etiam, pendente conditione, rei vendi-  
tae deterioratio ad ipsum pertinet, *l. 8. in fin. pr. ff. de per. & comm.  
rei vend.* totalis vero ejus interitus spectat ad venditorem  
*d. l. 8. & l. 5. C. eod.* talis enim venditio ante conditionis exi-  
stentiam adhuc imperfecta est, eaque deficiente profus emptio  
dici nequit, *d. l. 8. pr.* Nisi aliud fuerit conventum. In venditi-  
one cum additione indiem & quidem pure facta, omne etiam  
periculum & commodum, quod interim contingit, est empto-

ris, tanquam Domini, l. 1. l. 2. §. 1. ff. de in diem ad a. Sin conditiona-  
liter, venditoris erit, l. 4. pr. ff. d. t. Ad venditorem autem perti-  
net quoque periculum, quando facta ab emptore interpellati-  
one, fuerit in mora tradendi rem vendita; semper enim eius est  
periculum, qui in mora fuit, etiam si eodem modo apud em-  
ptorem perire potuisset, l. 4. C. de per. & comm. rei vend. l. 4. in fin.  
pr. vers. quia per ipsum ff. eod. l. 5. ff. de R. C. l. 74. l. 155. pr. l. 173. §. 2. ff.  
de R. l. 12. in fin. §. 3. ff. de pos. l. 47. §. fin. ff. de legat. 1. Nisi iustam  
dilationis causam producat, l. 21. ff. de usur. Si vero uterque fue-  
rit in mora, quominus res vendita traderetur, emptori potius  
nocet, quia perinde est, secundum l. 17. pr. vers. quod si per. ff. de  
per. & comm. rei vend. ac si per emptorem solum stetisset: Non  
enim videtur emptori a venditore mora facta, ipso moram fa-  
ciente emptore, pr. l. 51. ff. de act. empt. & hoc casu ipsi a vendito-  
re dolus tantum praestatur, l. 5. 17. ff. de per. & comm. rei vend.  
Si vero alteruter eorum, tunc periculum ad committentem,  
ultimam moram spectat, d. l. pr. vers. sed videndum. Vendi-  
toris quoque est periculum, si fuerit vel in dolo malo, l. 16. in fin.  
ff. d. t. §. 3. J. de empt. vend. l. 23. ff. de R. l. 5. C. de resc. vend. Nec  
enim ex venditoris dolo, desidia & malignitate emptori da-  
num inferri debet, l. 1. pr. l. 12. ff. de dol. mal. l. 1. §. 1. ff. de dol. mal. &  
met. except. l. 3. C. de per. & comm. rei vend. l. fin. C. de acq. vel ret.  
pos. Nisi iusta causa excuset dolum, l. 97. F. 2. Vel in culpa, ita  
ut ejus culpa vel lata, (quae est nimia negligentia l. 213. §. 2. ff. de  
V. S.) vel levi (quae est media negligentia inter supinam live  
magna & minima; quando non illa adhibetur diligentia, quam  
diligentes & prudentes communiter rebus suis adhibet, §. fin. J.  
de soc. l. 72. ff. pro. soc.) supervenerit rei venditae damnum, l. 23. ff. de  
R. l. §. 3. J. de empt. vend. l. 35. §. 4. vers. talis. ff. de contr. empt. l. 11. ff. de  
per. & comm. rei vend. l. 35. ff. de R. C. §. 2. J. quib. mod. re contr. obl.  
Culpa enim semper est praestanda in contractibus, ubi utrius-  
que utilitas versatur, l. 108. §. 12. in fin. ff. de legat. 1. l. 31. in fin. ff. loc.  
cond. l. 5. §. 2. vers. sed ubi ff. commod. & dans damni occasionem,  
ipsum damnum dedisse censetur, l. 15. ff. ad L. C. de sic. culpa ta-  
men caret, qui scit, prohibere autem non potest, l. 50. ff. de R. l.  
Levisimam vero culpam (quae est non adhibere exactissimam  
diligentiam, quam diligentissimus quisque paterfamilias suis rebus  
adhibet l. 1. §. 4. v. is vero ff. de O. & A. §. 2. J. quib. mod. re contr. obl.

regulariter non præstat venditor, l. ii. ff. de per. & comm. rei vend. aliàs plus oneris, quàm lucri sentiret. Nisi eam in se susceperit, l. i. pr. vers. sed si venditor. ff. d. t. §. 3. vers. animadvertendū erit. 7. de empt. vend. aut ea lege vinum fuerit venditum, ut admetiretur. l. 35. §. 5. ff. de contr. empt. Venditoris quoque est periculum, si fundus venditus ante vacuum ejus traditionem fuerit publicatus, ac tenetur ad pretium acceptum restituendum, non autem ad interesse, quantum pluris interfuerit, l. 33. vers. nam etsi. ff. loc. cond. In alternativa venditione, anius rei interitus quoque penes venditorem, alterius verò aut utriusque penes solum emptorem est, l. 34. §. 6. ff. de contr. empt. ita ut nihil secius pretium solvere teneatur. d. l. §. Quicquid autem in genere sine venditoris dolo malo, aut culpa, aut ex negligentia servorum, vel calu fortuito, vel vi magna, rei venditæ ante traditionem accidit, in eo regulariter est securus, l. 23. ff. de R. l. l. §. 2. ff. loc. cond. l. 43. 48. ff. de pact. l. 6. C. & l. ii. 16. in fin. ff. de per. & com. rei vend. §. 3. 7. de empt. vend. l. 5. §. 2. ff. commod. l. 13. §. 22. in fin. ff. de act. empt. Emptori tamen, cum ante traditionem adhuc sit Dominus rei quoad possessionem, cedere tenetur actiones ad rem amissam recuperandam, vel damnum resarciendum, rei scilicet vindicationem, condictionem furtivam, actionem furti & L. Aquilæ d. §. 7. l. 35. §. 4. ff. de contr. empt.

#### THESIS V

Ex hoc contractu duæ oriuntur Actiones inter Emptorem & Venditorem (A) Actio scilicet Empti seu ex Empto, (B) & Actio venditi seu ex Vendito. (C)

(A) Cum nemini privato liceat sibi ipsi in causa sua absque ejus amissione, vi & autoritate propriâ jus dicere, ac absque Judicis officio se vindicare, suumque ab altero invito auferre, aut debitore ad solvendum cum vel sine armis compellere, l. 7. C. unde vi. l. 12. §. 2. in fin. & l. 13. in fin. ff. quod met. caus. §. 1. 7. de vi bon. rapt. l. 7. 8. ff. ad L. 7. de vi priv. l. 14. C. de Jud. l. un. C. nequis in sua caus. jud. l. 17. in fin. ff. de judic. Exceptâ necessariâ tam corpo-

ris quàm rerum defensione, quæ licita est jure Divino, *Lev. 19. v. 18. Exod 21. v. 13. Dent. 19. v. 9. Canonico, c. 7. distinct. 1. c. 12. olim. de restit. spol. c. si perfodiens, 3. & c. significasti, 18. de homic. vol. & cas. Gentium, & Civili, l. 4. 45. §. 4. ff. ad L. Aq. l. 3. ff. de l. & l. l. 1. §. 27. ff. de vi & vi arm. l. 1. C. unde vi. P. D. D. art. 140.* Sed si quis se habere petitiones putet, ad Magistratum confugiat, *l. 14. C. de Jud. cujus est componere discordias, l. 13. §. 3. ff. de usufr. c. 1. discordantes. dist. 90.* ac legitimis modis, hoc est, judicijs ac actionibus jus suum tueatur, *l. 1. §. 2. ff. quod vi aut cl. quæ hanc ob causam sunt introductæ, ut patet ex definitione Actionis, in pr. §. de act. & coram competente Judice, l. 13. pr. ff. quod met. caus. l. 1. 2. C. ad L. Aq. c. 6. in fin. Nov. 115. Ratio in l. 155 §. 1. l. 167. §. fin. ff. de R. I. l. 11. ff. de acq. pos.* Ideò duæ hæ Actiones, quæ contractum in effectum deducere, partemque ab eo resilire cupientem compellere possunt ad implendam conventionem, etiam in hoc contractu inventæ & inductæ sunt, §. 1. *vers. emptore. §. de empt. & vend.* Nec enim emptor rem empti propriâ autoritate possidere potest, sed requiritur, ut ipsi à venditore tradatur: aliàs esset fur aut prædo, nec pro emptore possideret, *l. 5. 33. ff. de acq. pos. l. 14. §. 1. ff. de furt.* Ultraque harum 1. nomen habet proprium ab eo, cui competit, nim. ab actore, *per rubr. ff. & C. de act. empt. & vend. l. 19. ff. de her. & act. vend. l. 11. pr. l. 13. §. 19. ff. de act. empt.* Ex hujus enim jure ac persona, actiones quoque distinguuntur & appellantur *arg. l. 1. §. 1. ff. si pars her. pet. licet interdum etiam ab eo, contra quem dantur, nominentur, l. 4. §. 3. ff. de L. C. l. 26. 66. §. 2. ff. de evict. 2.* Est Directa, quoad scilicet contractum adimplendum, quia ex contractu hinc inde æquali provenit, ac ideò nulla etiam conditio alterutrius esse debet melior, *arg. l. 41. l. 156 §. 3. plerumq. ff. & c. 12. in judiciis de R. I. in 6. utilis tamen etiam est, si agitur ad emptionem distrahendam, l. 11. §. 6. ff. de act. empt. quæ contra Dn. ex contractu Procuratoris cõpetit, l. 13. §. 25. ff. de act. empt. & in casu deceptionis ultra dimidiũ, ibi enim non semper petitur, ut contractus impleatur, sed potius ut retractetur & dissolvatur, l. 3. 4. C. de pact. int. empt. & vend. 3. Personalis, quia provenit ex contractu, l. 1. C. de act. empt. l. 11. ff. eod. l. 25. ff. de O. & A. omnes enim actiones ex contractu prodeuntes dicuntur personales, §. 1. §. de act. 4. Civilis, l. 33. in pr. & verb. ex jure civili actio est.*

*ff. de edil. ed. quia* oritur ex negotio civili & contractu nomi-  
nato, ac jure civili recepto & formato. 5. Transitoria ad here-  
des, quia sunt actiones personales ex contractu descendentes,  
quæ regulariter competunt heredibus activè & passivè *l. 49 ff. de*  
*O. & A. nec contrahens* sibi modò quoad vitam, sed & suis  
quàm optimè prospicere intelligitur, *l. 9 in fin. ff. de probat. c. 18.*  
*F. 2.* unde etiam Notarij in instrumentis semper heredum men-  
tionem faciunt, *für mich und alle meine Erben und Erb-*  
*nehmen/* quæ verba, licet non sint necessaria, sed videantur  
superflua, cum hæ actiones de jure transeant in heredes, tamen  
ne ulla aliqua adulterina interpretatio aut dubitandi suspicio  
exoriri possit, etiam non erunt inutilia, *l. 81 ff. de R. I. & vulg.*  
*juris ax. Abundans cautela non nocet,* licet contractui quicquam  
neque addant, neque detrahant, *l. 94 ff. d. l. 56 in fin. pr. ff. mand.*  
Satius siquidem est plura cumulare, quàm necessaria omit-  
tere, *l. 17. C. de testam. 6. Bonæ fidei, l. 11. §. 1. ff. de act. empt. §.*  
*28. 7 de act.* provenit enim ex contractu b. f. ac ad omnia ea, quæ  
sunt moris & consuetudinis, etsi linguà contrahentium non  
fuerint expressa, agi potest, *l. 31. §. 20 ff. de edil. ed. (B.)* Compe-  
tit hæc Actio primario & principaliter, 1. Emptori, qui rem  
emit vel præsens, vel absens per epistolam, nuncium, servum,  
filium vel similem quendam, per quem ei aliquid acquiri so-  
let, *l. 1. & l. 11. pr. ff. de act. empt. l. 7. C. si quis alt. vel sibi, sub alt. nom.*  
2. Heredibus seu successoribus ejus universalibus, horumque  
heredibus, appellatione enim heredis etiam heres heredis in-  
telligitur, *l. 65. 70 ff. de V. S. l. 22. C. de legat.* siquidem omnes con-  
tractus semper ita celebrati intelliguntur, quod includantur  
heredes, *l. 13. C. de contr. stip.* 3. Patri vel Fratri à filio fam. vel fra-  
tre bona castrensia ementi, *l. 2. de contr. empt.* 4. Ei cujus Procuro-  
rator, tutor, vel curator emit, *l. 13. §. 23. ff. de act. empt.* Contra ipsū  
Venditorem, qui vendidit per se, *d. l. 13. §. 25.* actio enim directa  
adversus nullum præter eum, qui contraxit, aut ejus heredes  
Universales dantur, *l. 3. C. de reb. ali. nō alienand. l. 2. C. de pact. int.*  
*ept. & vend.* Ejusq; heredes, *l. 47 ff. de act. empt. pr. Nov. 48.* Si ven-  
ditor ante traditionem rei venditæ mortuus fuerit: Quæ enim  
obligatio coepit à defuncto, ea etiam in ejus successore est con-  
tinuanda. Ac eum; & quidem actione utili, qui vendidit vel  
ven-

vendi mandavit per curatorem, tutorem aut Procurato-  
rem, d. l. 13. §. 25. Ad ea, quæ inter partes contrahentes in con-  
tractus principio fuerunt expressa, l. 11. §. 1. ff. de act. empt. l. 1. pr.  
l. 7. §. 5. ff. de pact. l. 75. in fin. ff. de contr. empt. l. 23. 34. ff. de R. l. arg.  
l. 2. 3. C. de jur. emb. quicquid enim in contractu paciscitur, id ita  
obtinere, ac si esset naturalis contractus, §. 3. ff. de loc. cond. Si ve-  
rò nihil inter partes fuerit conventum, tunc ad id, quod huic  
contractui naturaliter inest, competit, d. l. 11. §. 1. Naturaliter  
autem inest, quod venditor, si facultatem habet tradendi rem  
venditam, præstando interesse, invito emptore, non liberetur,  
sed teneatur præcisè eam, si est res mobilis & corporalis, unà  
cum omnibus suis juribus, accessionibus & pertinentiis tra-  
dere, & quidem vacuam & liberam ejus possessionem, §. 1. 3. ff.  
de empt. vend. §. 2. ff. de donat. l. 2. §. 1. l. 3. §. 1. in fin. l. 11. §. 2. verb. on-  
porret. l. 13. §. 10. 21. l. 34. pr. l. 46. verb. coget. l. 50. verb. compelletur. ff.  
de act. empt. l. 8. 13. 16. C. eod. arg. l. 44. ff. de evict. l. fin. §. 6. ff. quæ in  
fr. cred. aut in re immobili & incorporali præstare patientiam  
seu cessionem in juribus emptis, & cautionem, quæ caveat  
per se non futurum neque per alios, quò minus emptor istà re  
utatur, l. 20. ff. de servit. l. 3. §. 2. ff. de act. empt. quæ loco traditio-  
nis habetur, l. 3. pr. ff. de usufr. l. 11. §. 1. ff. de publ. in rem act. Et  
quidem ita, ut si verus rei fuerit Dominus, transferat in em-  
ptorem dominium, resque tradita fiat emptoris propria, l. 11.  
§. 2. ff. de act. empt. l. 20. ff. de A. R. D. l. 5. ff. de acq. poss. §. 3. in fin. ff. de  
empt. ex sola enim & nuda obligatione sine traditione emptor  
nondum est verus rei emptæ Dominus l. 20. C. de pact. Si verò  
non fuerit Dominus, possessionem tantum rei, & per eam usu-  
capiendi conditionem, obligatusque interim ad evictionem,  
quæ emptorem loco dominij reddit securum, maneat, d. l. 11. §.  
2. l. 8. ff. de evict. l. 25. ff. de usurp. & usuc. Sed si facultatem tra-  
dendi non habet, aut rem corporalem neque tradere, neque in in-  
corporali præstare patientiam vult, tunc emptori ob suam pro-  
cacitatem & moram tenetur ad interesse, h. e. ad id, quod rem  
habere vel justo tempore habuisse interest emptoris, l. 1. pr. l. 3. §.  
fin. vers. mora autem l. 11. §. 9. l. 12. l. 21. §. 3. ff. & l. 4. 10. 12. C. de act.  
empt. aut in vendendo prædio vel fundo celavit confinem,  
quem si emptor scivisset, non emisset fundum, l. 35. §. fin. ff. eod.  
aut

aut interrogatus scienter negavit, rem servitute aliqua esse gravatam, aut more improbato ad decipiendum emptorem ignorantem dixit, rem quidem nullam debere servitutem, verumne forsitan aliqua inopinata existat, se nolle esse obligatum, l. 1. §. 1. l. 39 ff. de act. empte. Competit etiam ad repetendam arrham, quae non pretij loco data fuit, l. 3. C. eod. Nec non ad aliam rem ejusd bonitatis & quantitatis, c. 8. in pr. F. 2. vel ejusd. aestimati-  
onis, vel ad pretium solutum restituendum, c. 25. F. 2. vers. ut Dominus vasallo, l. 1. 16. ff. de evict. vel ad interesse, l. 60. in fin. l. 70. ff. eod. si res empta jure & sententiâ judicis aut à vero Domino fuerit evicta, emptor modò ignorarit rem fuisse alienam vel sacram, sanctam, religiosam, vel publicam, quarum rerum omnium emptio nihilominus fieri intelligitur, quamvis haberi non possint, l. 4. ff. d. t. quia sufficit, emptorem b. f. fuisse, licet à non Domino emerit, l. 7. §. 11. ff. de publ. in rem act. l. 62. §. 1. ff. de contr. empte. §. fin. 3. eod. l. 16. ff. de evict. Res enim evicta pro non tradita habetur, l. 3. pr. ff. de act. ept & praestare quoq; tenetur evictionem venditor, etiam si inter contrahentes de ea prorsus nulla facta sit mētio, l. 1. pr. ff. de R. P. l. 1. C. de per. & cōm. rei vend. quia ut supra dictū, hujus contractus naturale est, l. 11. §. 2. ff. de act. ept. l. 6. C. de evict. l. 60. ff. eod. Aut emptori scienti, rem fuisse alienam, vel sacram, vel sanctam, minimè datur, l. 27. C. de evict. tit. 80. 87. in fin. t. 96. F. 2. Sciens enim in acquirendo malam habet fidem, t. 80. F. 2. & inhiando rei alienae delinquit, arg. l. 26. ff. de contr. empte. Nisi emptor speciali pacto de evictione sibi prospexerit, d. l. 27. §. 1. 7. C. comm. utr. jud. pr. tit. 8 F. 2. Nec praestanda quoque venit, si ex emptoris facto, culpa vel negligentia fuerit evicta, l. 27. §. 5. 6. §. 1. l. 63. §. fin. l. 66. ff. de evict. Aut vi de rei empta possessione sine iudicio & causae cognitione ab evictore fuerit expulsus, l. fin. C. de act. empte. Regula enim est venditorem praestare evictionem, non violentiam: Contra expulsores autem datur interdictum unde vi, per d. l. fin.. Aut per Judicis injuriam emptor fuerit evictus, l. 51. ff. §. 1. 8. C. de evict. Nec etiam in servitutibus realibus, l. 75. ff. de evict. nec in pignore Creditori addicto, & postea jure creditoris alienato, l. 11. §. 16. ff. de act. empte. §. 1. C. creditor. evict. pignor. non deb. Nec in emptione spei, l. 8. ff. de



*de contr. empt.* Nec in rebus fiscalibus, §. fin. 7. *de usucap.* Neq̄  
in rebus hereditarijs singularibus, sed tantum in tota heredi-  
tate, l. 1. C. de evict. l. 2. ff. de her. & act. vend. Competit denique  
hac actio Empti que que ad repetendos sumptus & expensas in  
lite mota de vendita re expositas, si forte adversarius victus  
quidem, sed tamen ab omnibus expensis fuerit absolutus, l. 74.  
§. 2. ff. de evict. l. 75 ff. de Procurat. In summa ad omnia, quacun-  
que dolo vel culpa venditoris absunt emptori, pr. l. 13 & l. 8. §. 1. ff.  
de act. empt. l. 69. §. 5 ff. de evict. l. 23. ff. de R. I. aut contra bonam  
fidem fiunt, l. 1. §. 1. ff. de act. empt. l. 7 in fin. C. si quis alii vel sibi  
sub alter. nom. ac quæ moris & consuetudinis sunt, etiam si in cō-  
ventionem non fuerunt, l. 31. §. 20. ff. de adil. ed. l. 6 ff. de evict. Em-  
ptor autem ut facultatem habeat hanc actionem exercendi  
contra venditorem, requiritur 1. Ut res ab eo sit emptā, l. 11. pr.  
ff. de act. empt. 2. Ut ex parte sua, quod probare tenetur, l. 12. ff.  
& l. 1. C. de probat. l. 12. in fin. C. de R. V. adimpleverit contractum,  
pretium scilicet, prout debuit, solverit vel ipse, vel alius pro  
eo, pr. 7. quib. mod. toll. obl. solutione enim omnes tolluntur  
obligationes per d. pr. Quamdiu verò aliquid adhuc deest quā-  
titati pretij, solidum solutum non est, l. 85 ff. de solution. & ven-  
ditor rem venditam etiam tamdiu q̄. pignus, donec ad obu-  
lum usque fuerit solutus, retinere potest, l. 13. §. 8 ff. de act. empt.  
Aut certe in iudicio vel extra iudicium realiter obtulerit & o-  
stenderit, d. l. 13 & §. 8. tunc enim culpa abesse ab emptore vide-  
tur, l. 5. §. 12. vers. abesse autem. ff. commod. Aut alio modo de-  
siderium venditoris impleverit, prout facere promisit, l. 176 ff.  
de V. S. novatione scilicet, quando pretium mutatum est in  
mutuum, vel delegatione, si jussu venditoris tradiderit pecuni-  
am ejus creditori, l. 21. §. 3. in fin. ff. de ann. legat. l. 11 ff. de novat.  
Aut satisfecerit, quod loco solutionis est, l. 52 ff. de solur. expro-  
missore aut dato pignore, l. 1. ff. qui satisd. cog. §. 42. J. de R. D. l. 53.  
ff. de contr. empt. l. 5. §. 18. in fin. ff. de tribut. act. Aut fides ei de  
pretio expressè fuerit habita sine ulla satisfactione, l. 19. ff. de  
contr. empt. quod probandum venit, quemadmodum pretij solutio  
aut ejus satisfactio. Licet enim aliàs emptori nam sit actio, pre-  
tio etiam nondum soluto, nullus tamen ejus est effectus, quia  
agenti semper obstat exceptio pretij nondum soluti aut reali-  
ter

er oblati: paria namque sunt quoad effectum, non habere  
actionem, aut eam habere, quæ per exceptionem repelli po-  
test, *l. 112. ff. de R. I.* neque etiam videtur cepisse, qui per excepti-  
onem à petitione removetur, *l. 13. 66. ff. d. t.* ac rectè actio ei dene-  
gari dicitur, quæ ipso quidem jure competit, sed per exceptio-  
nem tamen elidi potest, *l. 9. pr. ff. de jurejur.* Neq; etiam ven-  
ditor ad tradendum, antequam accepit pretium, cogi potest,  
*l. 50. ff. de act. empt.* Imò etiamsi ante solutionem pretij res sit  
tradita, dominium tamen ejus in emptorem non translatum  
censetur, nisi pretij solutio, quæ modus est transferendi domi-  
nium, secuta aut fides de eo habita fuerit, *l. 19. 53. ff. de contr. empe*  
*l. 67. pr. ff. de V. S. §. 42. 7. de R. D.* Sed venditor rem ipsam adhuc  
vindicare potest; venditæ enim res non desinunt esse vendi-  
toris pretio non soluto vel pro eo non satisfacto, *l. 5. §. 18. ff. de*  
*trib. act. 3.* Ut res aut prorsus non sit tradita, aut tradita qui-  
dem, sed emptori nihilominus aliquid dolo vel culpa vendi-  
toris vel ex conventionem deficiat, *l. 8. ff. de act. empt. 4.* Ut res  
empta jure sit avocata & evicta, ac ab emptore quoque denun-  
ciatum venditori vel ante vel post litis contestationem, modò  
non propè condemnationem, *l. 29 §. fin. ff. de evict.* item de re  
vendita fuisse motam, *l. 8. 9. 10. 17. 28. C. de evict.* Denunciatio  
enim litis est de essentia præstandæ evictionis, ac necessariò re-  
quiritur, nisi remissa fuerit, *l. 63. ff. de evict.* licet venditor aliunde  
de lite mota habuerit notitiã, ac etiamsi denūciatio facta esset,  
res nihilominus ab evictione defendi non potuerit, resq; per  
Judicis sententiam, quæ semper præsumitur justa, *l. 63. §. 1. ff.*  
*d. t.* fuerit evicta. Non enim propterea requiritur, ut vendi-  
tori tantummodò constet de lite mota, sed ut interpelletur  
ad defendendum emptorem & causam, in cujus tamen prosecu-  
tione emptor nihilominus perseverare tenetur, *l. 28. C. §. 1. 55. ff. de*  
*evict. l. 1. C. de per. & comm. rei vend.* quia aliàs intermissã denun-  
ciatione præsumi & à venditore objici potest, quòd emptor  
tanquam malè instructus causã ceciderit, quæ tamen ab eo de-  
fendi potuisset, *l. 53. §. 1. ff. de evict.* (C) Hæc actio introducta est  
in commodum venditoris: Neque enim ei, re jam jam traditã,  
datur contra emptorem moram forsan in solvendo pretio fa-  
cientem, Vindicatio rei ad eandem recuperandam vel preti-  
um

um consequendum, quia provenit ex rei dominio, idcirco Rea-  
lis etiam actio dicitur, & soli Domino rei competit, *l. 23. ff. de R. V. l. 1. C. de act. empt.* Venditor autem rei venditæ Dominus am-  
plius non est, quia ejus traditione in emptorem dominium, si  
quod habuit, & omne jus suum transtulit, *l. 12. C. de R. V.* Neq;  
etiam Condictio ob causam dati, vel condictio sine causa,  
quia non habent locum in contractibus nominatis. Compe-  
tit itaque hæc Actio ipsi Venditori, *l. 1. C. & l. 13. §. 19. ff. de act. empt.* Ejusque heredibus, qui titulo hereditario in universum  
jus defuncti venditoris succedunt, *l. 10. ff. d. t.* est enim transito-  
ria ad heredes, & personalis, ut dictum in hac ipsa *l. 1. A. Do-  
mino & Patri* ex venditione per Procuratorem, servum vel filiū  
celebrato, *l. 13. §. 25. ff. d. t.* quod enim quis per aliam facit, per sei-  
psum fecisse videtur, *c. qui facit. 72. de R. l. in 6. l. §. 12. ff. de vi & vi arm.* sed actio saltē utilis, non directa, quia hæc cōpetit, tantūm  
Procuratori vendenti, non alij, *l. 10. ff. de act. empt. l. 7. C. si quis alt. vel sibi sub alter. nom.* Pupillo vendenti absque tutoris autorita-  
te *l. 13. §. 29. ff. de act. empt.* provenit enim hæc actio ex obligati-  
one: emptor autem pupillo vendenti efficaciter obligatur,  
quamvis e contra pupillus emptori minimè *per d. l. & §. Contra Emptorem, l. 13. §. 19. ff. & l. 1. C. d. t.* etsi res ante traditionem  
petierit, modò venditor non fuerit in culpa vel mora tradendi  
*l. 5. §. 2. ff. de resc. vend. §. 3. ff. de empt. & vend. l. 6. C. de per. & comm. rei vend. l. 34 §. 6. ff. de contr. empt.* Et ipsius heredes, *l. 2. C. de pact. int. empt. & vend.* Cū actiones ex contractibus nominatis  
descendentes magis ad implendum, quàm rescindendum con-  
tractum competant, *l. 5. C. de O. & A.* idcirco hæc quoq; actio non  
datur ad rescindendam venditionem perfectam, pretio etiam,  
nondum soluto, *l. 12. C. de R. V.* nisi ab initio aliud fuerit con-  
ventum, aut justissima intervenerit causa, *l. 2. C. de resc. vend. l. 6. C. de act. empt.* sed potius implendam, & quidem rem ipsam  
venditam tollendam, *l. 1. §. 3. l. 4. §. 2. ff. de per. & comm. rei vend. l. 9. ff. de act. empt.* ac omnia, quæ hæc actione peti possunt ab  
emptore, præstanda *l. 13. §. 19. ff. d. t.* Proveniunt autem ea vel ex  
contractu, vel ejus occasione, hæcque dicuntur & consequen-  
tia vel pretij, veluti usuræ, pœnæ conventæ, si quis contrahen-

sium à contractu resilire cuperet, vel rei venditæ, ut sunt fructus ante venditionem percepti & sumptus post venditionem in rem venditam, sed nondum traditam necessariò facti. Ex contractu principaliter agitur ad solvendum pretium rei emptor conventionem, (unde hæc actio appellari quoq; solet actio pretij, l. 8. 9. C. de contr. empt. l. 7. C. de act. empt.) l. 13. §. 20 ff. & l. 6. C. de act. vend. vel totum, si profus adhuc nihil fuerit solutum l. 11. §. 1. C. de resc. vend. vel ad ejus partem residuam, l. 2. C. de act. empt. Vel pretio etiam soluto, sed ex ipsius venditoris pecunia, ut cum vendita fuisset domus, vestis, vel libri, & emptor postea in illis, ignorante venditore, pecuniam ad pretij solutionem sufficientem invenisset, aut servus sine peculio venditus emptori postea pretium obtulisset, quo casu venditor de novo ad solvendum pretium agere posset contra emptorem, quia solvens venditori peculiares suos nummos nihil solvisse videtur, l. 7. C. de act. empt. l. un. C. si serv. extr. se emi mand. nummi enim pro re vendita venditoris adhuc fieri, non jamjam ejus esse debent, l. 11. §. 2. in fin ff. de act. empt. l. 1. pr. ff. de R. P. dicti autem nummi adhuc manserunt apud venditorem, & ideò magis ejus fieri non potuerunt, §. 14. 7. de act. §. 10. 7. de leg l. 14. §. 2. in fin ff. de except. rei jud. Vel ad aliud pretium, quod per errorem facti & fraudem emptoris inter contrahentes compensari placuit, q. in quantitatem à venditore emptori debitam, cum tamen non deberetur, l. 11. §. 1. C. de resc. vend. l. 2. C. de act. empt. Dolus enim & fraus nemini patrocinari, nec quempiam alterius cum detrimento locupletare debet, l. 1. §. ff. de dol. mal. & met. exc. l. 1. pr. l. 12. ff. de dol. mal. l. 63. §. 7. ff. pro soc. l. 2. ff. de eo per quem fact. Vel ad justum rei venditæ pretium supplendum, aut rem restituendam, si ultra dimidiam justij pretij partem læsio fuerit in contractu. Talis enim læsio si fuerit facta, bona exigit fides, ut ad æqualitatem contractus redigatur, aut profus ab eo recedatur, l. 2. C. de resc. vend. l. 3. C. comm. ntr. judic. Suppletionem autem pretij non ad totum justum pretium, ita ut venditor ne ad obulum sit læsus, sed ad dimidiam saltem ejus partem præstare tenetur emptor, per d. l. 2. & l. 16. §. 4. ff. de minor. l. 22. in fin ff. de loc. cond. l. 2. ff. de O. & A. Attamen non tenetur prius solvere pretium, si ei ante ejus so-

soluionem quæstio dominij mota fuerit, quàm vëditor ob evi-  
stionē idoneos præstiterit fidejussores, l. 18. §. 1. ff. de per & cõm. rei  
vend. Occasione contractus non agitur contra emptorem in  
solvendo pretio moram facientem ad omne, quod venditor,  
morâ non factâ, ex eo cõsequi potuisset, l. fin. ff. d. r. arg. l. 21. §. 3. ff.  
de act. empt. sed tantum post diem traditionis, cum interim ex  
possessione rei traditæ omnes percipiat fructus, ad consequen-  
das usuras pretij tardius soluti, vel totius, vel residuæ partis, d.  
l. fin. §. 1. & l. 13. §. 20. ff. & l. 5. 13. C. de act. empt. l. 2. C. & l. 18. in fin. ff.  
de usur. l. 5. C. de pact. int. empt. & vend. A tempore enim contra-  
ctus b. f. venditori non debentur, neque etiam propriè in hanc  
actionem veniunt, l. 49. §. 1. ff. de act. empt. l. 24. ff. de pos. quia em-  
ptor ex contractus obligatione tantum ad solvendum pretium  
conventum, non ad usuras se reddidit obligatum; sed officio  
Judicis non propter lucrum petentium, sed propter moram nõ  
solventium infliguntur, quando scilicet non opportuno loco &  
tempore judicialiter vel extrajudicialiter interpellati, mora nõ  
aliàs nõ fieri intelligitur. l. 88. ff. de R. I. solverint, l. 47. in fin. l. 49. §.  
1. ff. de act. empt. l. 17. in fin. §. 3. 4. l. 32. §. 2. ff. de usur. l. 2. C. de pos. l. 7. ff. de  
pignor. act. Vel propter specialem conventionem, l. 5. C. de pact.  
int. empt. & vend. l. 13. 4. C. & l. 17. §. 4. ff. de usur. l. 26. §. 1. in fin. ff. de pos.  
l. 34. in fin. pr. ff. mand. nisi conventio juri & legibus fuerit con-  
traria, quæ rata non habetur, l. 28. pr. ff. l. 29. C. de pact. l. 1. §. 7. ff.  
de pos. Ante traditionem autem rei & absq; mora non currunt  
usuræ, quia fructus à venditore ex re percepti compensantur  
cum usuris. In emptoris etiam arbitrio consistit, à tempore  
venditionis fructus vel recipere, quo casu ex eo statim tempo-  
re usuras quoque pretij præstare tenetur, quasi cum habeat  
interim fructus, tantundem etiam consecutus esset, quantum,  
si ab initio res ei tradita fuisset, accipere potuisset, l. 5. 13. C. de act.  
empt. l. 10. ff. de R. I. vel venditori relinquere, quo casu non es-  
sent præstandæ usuræ, per d. l. Ad restituendos fructus ante ven-  
ditionem perceptos restituendos, quos emptor qs. sibi vendi-  
toris unâ cum re acceperit, l. 2. in fin. C. de act. empt. nisi conven-  
erint, ut rei emptæ accederent, l. 53. ff. eod. Denique competit  
hæc actio ad resarciendos sumptus, & meliorationes in rem

Distractam bonâ fide à venditore ante traditionem rei necessa-  
rio factas, *l. 19. C. de act. empt. l. 13. §. 22. ff. eod.* Cum enim commo-  
da rei venditæ sequantur emptorem, meritò quoq; sumptuum  
gravamen sustinere debet, *l. 13. C. de act. empt. l. 10. ff. de R. I.* nisi  
vendedor culpâ suâ his faciendis causam dederit, quo casu eo-  
rum repetitio non competeret, *l. 13. §. 8. 21. ff. de act. empt.* Ex  
vendito autem contra emptorem venditor agere vel pretium  
cum effectu petere non potest, nisi 1. rem venditam plenè em-  
ptori tradiderit, vel ipsi, qui recipere recusavit, in iudicio vel  
extra illud obtulerit, vel deposuerit, aut aliàs tradere para-  
tus, sicque à sua parte contractus impletus sit, *l. 25. 50. ff. eod. l. 5.*  
*C. de evict.* semper enim ei aliàs exceptio rei nondum traditæ,  
quæ perimere solet actionem intentatam, *l. 2. pr. ff. de except. ob-*  
*staret,* & emptori quoque litis sumptus propterea restituere  
teneretur, *pr. l. 79. ff. de iudic.* Iniquum enim est petere ab alijs,  
ut conventionem impleat, qui ipse nondum satisfecit. 2. Libe-  
ra & vacua ejus rei possessio sit tradita, & quidem eo modo,  
quo est vendita, *l. 1. §. 1. l. 2. §. 1. l. 4. pr. l. 8. ff. de act. empt.* 3. pretium  
vel totum, vel ejus pars nondum sit soluta, vel quid in rem  
venditam impenderit, aut aliud quid ipsi eo nomine abfuerit.  
Non autem agere potest, si pretij loco alias res in solutum re-  
ceperit, *l. 9. C. de resc. vend. vel convenerint,* ut certis pensio-  
bus pretium solvatur, easque emptor sequatur, *in pr. l. fin. C. de*  
*L. commiss. 4. instrumenta,* per quæ jura & qualitates rerum  
venditarum declarari possunt, ac de ijs emptor instrui debet,  
ostenderit, *l. 48. ff. de act. empt.* Cum Actor regulariter sequatur  
forû Rei necesse sit, *l. 3. C. ubi in rem act. l. 19. §. fin. ff. de iudic. l. 3. C.*  
*ubi caus. stat. ag. deb. l. 2. C. de jurisd. omn. iudic. c. 5. de for. comp. cap.*  
*16. caus. 11. q. 1.* nisi diffamatus evocet adversarium ad suum fo-  
rum seu Judicem, *l. 5. C. de ingen. manum.* Hic enim quamvis  
actor videatur, tamen rectius pro Reo habetur, quia diffama-  
torem tanquam actorem contra *l. un. C. ut nemo inv. ag. vel ac-*  
*cus cog.* ea quæ asseruit, probare, sumque tanquam forum Rei  
sequi compellit. Aut Reus propter continuum causæ de-  
reconventionem ab actore in eodem iudicio cautionem postu-  
let, tunc enim ipsi cogitur actor in foro priori respondere, *c. 2.*  
*in*

*in fin. Extr. demut. petit.* Sequitur ergo quod hæc actiones quoque  
 instituendæ sint apud competentem Judicem seu competens  
 forum Rei, *l. 7. verb. ad competentem Judicem C. si quis alt. vel sibi  
 subalter. nom. em* sic etiam vëditor evictionis nomine denuncia-  
 tus sequi tenetur Judicem emptoris, *l. 49. pr. ff. de judic.* Alioquin  
 trahens ad incompetens forum causa mulctari poterit, *l. 5 §. 1. C.  
 de jurisd. omn. jud.* nec Judici quoque ultra jurisdictionem su-  
 am jus dicenti impunè parebitur, *l. fin. ff. de jurisd. c. 2. ut anima-  
 rum. de constitut. in 6.* Imo sententia ejus ipso jure erit nulla, *t. r. si  
 à non comp. Jud. judic. c. 4. & si clerici Extr. de judic. c. seculares 2.  
 de for. comp. in 6.* Competentem autem Judicem seu forum fa-  
 cit non tantum locus r. contractus, *l. 19. §. 3. ff. de judic.* qui ta-  
 men non intelligitur is, ubi partes contraxerunt & negoti-  
 um gestum est, sed ubi pecunia ratione hujus contractus est  
 solvenda, *l. 3. ff. de reb. aut. jud. poss. l. 21. ff. de O. & A.* Verum et-  
 iam 2. domi ciliij, ubi reus larem fovet, vel majorem suarum  
 fortunarum & bonorum partem possidet, *l. 7. C. de incol. l. 2. C. de  
 jurisd. omn. judic.* Et 3. Rei, de qua lis orta est, in cujus enim ter-  
 ritorio sita est, ei quoque forum congruum tribuit, *l. un. C. ubi  
 fidei comm. l. un. C. ubi de hered. ag. l. 10. ff. de R. V. l. 1. §. fin. C. ubi in  
 rem act. c. 3. sanè. de for. comp. l. 38. ff. de judic.* Ex his concurrenti-  
 bus eligere sibi potest Actor forum, ubi Reum convenire velit  
*l. 2. §. 3. ff. de eo, quod cert. loc. l. 19. in fin. ff. de judic.* Nec enim si re-  
 us in foro domicilij ab actore conventus dicat se in loco con-  
 tractus, prout convenerat, soluturum, ut modò negotium fa-  
 ceret actori, ferendum est, nisi allegantis interesse ibi aliquod  
 versetur: malitijs enim hominum indulgendum non est, *l. 38. ff.  
 de R. V.* Ubi autem coeptum est judicium, ibi etiam finem suum  
 accipere debet, *l. 30. ff. de judic. c. proposuisti 19. de for. comp.* nec  
 enim mutatione domicilij judicium simul terminatur, *l. 2. C.  
 de jurisd. omn. judic.* Tantum de amplissima materia in præsen-  
 tiarum posuisse sufficiat, & sic in Ejus nomine, in cujus  
 fuit principium, sit quoque finis, Eiq; Laus, Honor  
 & Gloria in sempiterna secula.



ERRATA

Quæ præter commata & puncta Benevolo Lectori observanda veniunt.  
*In thesi I.* In princ. verbum *exordiar*, alijs literis ad percipiendum sensum excudi debuisset.

*In lit. B.* vers. sic etiam veteres. legenda sunt verba, *exim. se emi mand.* lit. C. vers. sed emptio venditio, *tantum pro tamen.* lit. H. vers. nec ad hujus substantiam, *deleatur ibi vox enim.* lit. I. post verba, hoc enim est in usu juris dare, *legatur Venditor, non emptor.* & post verba permutans tenetur rem dare, *legatur h. e. dominium rei.* lit. K. vers. hanc enim ob causam, *legatur propter pecuniam intervententem.*

*In thesi II.* lit. B. vers. ita ut, *fidemete*, legatur *non amplius confiet.* Nec obstat l. 17. ibi in seratur *vers. illud etiam.* vers. Nova autem emptio, *legatur, quod propterea nova tradenda sit gabella.*

*In thesi III.* lit. B. §. debitor quoque res, legatur, *reliqua facultates etiam ad persolvendos creditores vers.* Vel partialis ut aurum corruptum, pro puro, *seq. & valet.* vers. aut adventitio peculio, *legatur c. 1. pr. Nov. 117.* vers. etsi quidem aliquis ijs si consensus, legatur, *nisi suffulciatur tutoris autoritate.* vers. Tenentur enim ex contractu, *sequatur naturaliter, si locupletiores vers.* Alij infantia proximi, legatur, *etiam tales, quicquid vident.* vers. & si per hæc duo remedia, *deleantur verba priora, ad restituenda ea, qua ipsi adhuc per priorem tutorem administrantem.* vers. si autem prodigus, legatur *l. 1. in fin. pr. vers. milites eo in loco.* legatur *l. un. §. 2. C. de contract. judic.*

*In lit. C.* vers. Nisi venditor solvendo, legatur *tunc enim emptor quoque conveniri potest.* vers. arnui reditus seu census, legatur *c. 1. Nov. 160 vers.* in genere omnes res, legatur, *l. 83. §. 5. vers. nam de his.* vers. Nisi uxor elapso biennio, legatur *Aub. sive à me C. ad SC. Vellei.* vers. nec etiam rem aliam ob causam emimus, legatur *§. 10. J. de legat. l. 14. §. 2. ff. de except. rei jud.* vers. Aut res quidem ejus sit, sed tamen onerata, *leg. l. 71. §. pen. & ult.* vers. Aut res immobiles pupilli & minores, *leg. l. 22. præcipimus. & vers.* vers. Ita ut licet imprudentes tutores, *leg. l. 1. §. 2. l. 13. §. 1. ff. de reb. eor. qui sub tut.* vers. in nostro enim contractu *leg. pr. J. de obl. l. 3. in pr ff. de O. & A.*

*In lit. D.* vers. hoc autem non solum ex nomine, *leg. l. 6. ff. de R. C. l. 5. §. 1. ff. de re jud.* vers. animus enim omnium est vili, *leg. aliàs sublat à spe lucri*

*Thef. 4.* In lit. B. vers. aut per conductionem retinuerit, *leg. l. 16. ff. de per. & com. rei vend.* vers. seq. commodum, *leg. enim omne, quicquid.* vers. si itaque erit in me ra petendi, *leg. c. 86. damnum. eod. in 6. vers. si modo custodiam usque ad rei traditionem,* *leg. l. 1. §. 1. l. 2. §. 1. ff. de per. & com. rei vend.* vers. & quidem talem, *leg. l. 3. ff. de per. & commod. rei vend.*

*Thef. 5.* In lit. B. vers. naturaliter a. in est, *leg. pr. l. 46. verb. cogetur.*




ULB Halle  
005 826 829


3



VD17







1757.

DISPUTATIO JURIDICA  
DE  
**EMPTIONE**  
ET VENDITIONE

*Quam*  
Divini Numinis Auxiliante Gratia  
*Indultu ac Consensu Magnifici, Nobilissimi atq; Amplis-*  
*simi JCTORUM Collegij in illustri Wittebergenſium academia*

SUB PRÆSIDIO  
**MAGNIFICI RECTORIS**

*VIRI*  
*Nobilissimi, Amplissimi, Excellentissimi atq; Consultissimi*  
**DN. HENRICI COSELII**  
De Pezlinovetz, J. U. D. ac Pand. P. P. longè fami-  
geratissimi, nec non Curiz Electoralis, Scabinatus ac Facultatis  
Juridicæ ASSESSORIS gravissimi,

DN. Patroni, Præceptoris ac Promotoris sui  
devoto Observantiæ cultu ætatem colendisſimi

*In Auditorio Juridico*  
*Publicè Eruditorum diſquiſitioni placida exponet*  
**JOHANNES CUNRADUS PRÆSETER**

Onoldinus.

*Ad Diem 13. Octobris*

Anno Æræ Christianæ clō Iſc LV.

JCTUS POMPONIUS in l. 20. ff. de fideic. libere.

inquit

*Ego diſcendi cupiditate, quam ſolam vivendi rationem optimam in 78. annam*  
*ætatis duxi, memor ſum Imp. Juliani ſententiæ, qui dixiſſe fertur. Eſt*  
*alterum pedem in tumulto haberem, non pigeret aliquid addiſcere.*

WITTEBERGÆ Typis JOHANNIS RÖHNERI Academ. Typogr.